(I) ~~III. 4~~



Z

B. vii

Ill.mo et R.mo Sig.re

Ill.mo et R.mo Sig.re

Ill.mo et R.mo Sig.re

Ill.mo et R.mo Sig.re

[illegible]

1597

cuatro memoriales son los que me
an dado de los litigios

32 — 1 — 6 — 31

~~32 — 1 — 6 — 5~~

B. VII.

DICTIONARIVM

LATINOHISPANICVM, ET VICE VERSA HISPANICOLATINVM, AELIO ANTONIO NEBRISSENSI INTERPRETE, NVNC DENVO INgenti vocum acceſsione locupletatum, priſtinoq; nitori ſublata mendarum colluuie reſtitutum.

AD HAEC.

Dictionarium propriorum nominum, ex probatiſsimis Græcæ & Latinæ linguæ autoribus, addita ad calcem neoterica locorum appellatione concinnatum.



ANTVERPIAE
In Aedibus viduæ & hæredum Ioannis Steelſij.
M. D. LXX.
Cum Priuilegio Regis.

OPTIMO AC RELIGIOSO VIRO FRATRI IACOBO A MVRCA,

diuinarum literarum Doctori clariſsimo, & Conimbricenſis Academiæ moderatori vigilantiſsimo, Ludouicus Nonius à Sanctarena medicæ artis profeſſor fœlicitatem.

CVM ſuperioribus annis, Præſul ampliſſime, Antonij Lexicon in lucem eſſet proditurum, quibus ego cauſis impulſus illud tuæ humanitati dedicandum exiſtimauerim, facilè, vt conijcio, ex noſtra præfatione intelligere potuiſti. & quanquam iam tum apud me ſatis erat cõſtitutum, nullum poſt hac eius generis librum, quantumlibet doctum & eruditè conſcriptũ cuiuſquam patrocinio commendare, quippe qui eſſem expertus, multos nominis mei ſtudioſos iniquo animo tuliſſe, me (à quo aliquid potius in re medica indies expectabant, quod illorum de ſtudijs meis opinioni reſponderet) in id tempus inſumere, quod nec hanc ætatem deceret, nec dignitati iam noſtræ conueniret: cogebar tamen, Pater ſpectatiſſime, iure optimo hanc animi mei ſententiam, tum ob publicum ſtudioſorum commodum, tum etiam ob rei ipſius honeſtatẽ, mutare, nec in propoſito ſuſceptoq; cõſilio diutius permanere. Illa enim duo cum ſint, quæ frugi hominem & probum ad omnem vitæ actionem dirigere debeant, & quibus de omnibus, quæ fiunt, ratio probabilis oſtendi atq; exponi poſſit. vbi me duplici illa ratione ad id officij genus adductum oſtendero, amicis, vt arbitror, faciam ſatis, nec improborum hominum iudicia incurram. Cùm enim qui literarum ſtudijs fauent, & earũ ſtudioſis prodeſſe cupiunt, nihil prætermittere debeant, quod è re ipſorum eſſe intelligant, etiamſi à grauioribus ſtudiis aliquantulum ferientur: non video, cur officium in Antonij Dictionario expoliendo, augendo, & locupletando vitio dari cuiquam debeat, in præſtantiore diſciplina quãlibet verſato. Hic ſiquidem liber in tanto precio, ac exiſtimatione, poſtquã ſemel in lucẽ editus eſt, apud Hiſpanos eſt habitus, vt docti ad vnũ omnes ei nõ deteriorem locum in ſuis bibliothecis dederint. Quotus enim quiſque doctorum apud eos eſt, qui niſi ſit omnium ingratiſimus, ijs Antonij vigiliis non multum ſe fateatur adiutũ, & à graui quaſi ſopore excitatum? Quis non videt poſt editũ hoc Antonii opus, apud nationes alias doctos homines authorem hunc vehementer ſequutos, Dictionaria Latinogallica, & Latinogermanica accuratè etiã ſcripſiſſe? nec vnquam laborem hunc ſponte ſubiiſſent, niſi & authoris noſtri conſilium multũ probaſſent, & literis literatiſque omnibus vberem fructũ meſ-

ſuros ſe intellexiſſet. Verùm cùm abhinc annos ſeptẽ tuis auſpicijs Dictionariũ hoc in publicũ iret, dolui non potuiſſe me næuos aliquot, qui iam impreſſi atq; etiam inuſti eſſe videbantur, delere nec item voces multas, quæ adiici poſſent, quòd ad literam O, liber iam typis eſſet excuſus, addere. Namq; eam libri partem voculæ nonnullæ, candorem latium minus referentes, fœdauerant, & Arabica plurima, leuem fortaſſis aliquem vſum Barbaris medicis adferentia, veluti in alienum fundum ac poſſeſſionem irruperant. Cumque non minus inhoneſtũ eſſet, latinis admiſcere barbara, quàm ſacris prophana, mundis impura, ac demum optimis peſſima: Arabicis vocibus tanquam iniuſtè ſedem poſſidentibus, in Libycas arenas ablegatis, Latiæ & legitimæ quo iuuenibus abundè ſatisfieret, in noua hac editione, vt prior illa iactura magno cum fœnore reſarciretur, ſuffectæ ſunt. Atque ex hoc, Hiſpanolatinum quamplurima mutuatũ, cum eſſet alioqui mutilum, & inchoatum, perfectum & omnibus numeris abſolutum, ſumma cum diligentia inſtauratum eſt. Hæc quàm ſint cumulatè præſtita, facilè intelligent, qui vel conniuentibus oculis (abſit modo ſucus & liuor) librum ipſum ſemel percurrerint: adductæ ſiquidem ſunt innumeræ propemodum voces, quæ in alia editione deſiderabantur, multarum quoque (quæ tamen ſcriptæ vrius erant) alij ſignificatus, quàm qui ab Antonio cõmemorati ſunt, ex latinis iisque probatiſſimis ſcriptoribus ἐμφατικώτερον explicantur. Quarum nonnullæ etiamſi à noſtro vſu receſſerant, eoque nomine minùs à rigidis & duris cẽſoribus probari videbuntur: meminerint velim, eleganter & verè illud ſcriptum eſſe:

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentq;,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus,
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.

Ego etenim ita cum doctis ſemper ſenſi, nouorũ optima eſſe, quæ maximè vetera ſunt: & veterum, quæ noua: modò latina lingua locupletior fiat, & cum cæteris auſit de vbertate, & copia ſuo iure contendere. Nec ſola latiarum vocum eſt ingens facta acceſſio, ſed earũ, quæ paſſim excuſæ in aliis omnibus circumferebãtur, diligentiſſima animaduerſio, & caſtigatio. Quibus præterea dicendi quædã formulæ Hiſpanis ipſis frequentes, & vſitatæ, ſuis locis digeſtæ interſeruntur, quo mutua linguarum facta collatione, propiùs & elegantiùs multa pronuncientur, quàm vulgò dici, ac proferri ſolent. Hæc omnia quantum ſint, & quàm inſignem vſum ſtudioſis allatura, futurum ſpero, legentes multò perſpicatius & fructuoſiùs ſuo cõmodo diſcant, quàm oratione n ea conſequi poſſint. Nam præter Hiſpanos, quibus hic liber potiſſimum eſt elaboratus, exteras gentes, ſiue ipſius linguæ peritiam ſpectent, ſiue authorum cognitionem, qui præclara multa Hiſpano ſermone ſcripſerunt, ſtrenuè iuuabit. Cum igitur, Rector optime, te priori editioni ob ſingularem eruditionem, inſignem probitatem, ampliſſimam dignitatem, Patronum adoptauerim, tuaque exiſtimatione ac nomine multùm ponde-

ponderis & authoritatis apud lectores habuerit, adeò vt omnia illi fauſtè, fœliciter, proſpereq; euenerint, æquum eſt, ſi officio tuo minimè deeſſe velis, vt certè deeſſe nolles, emendatiſſimam hanc, multò auctiſſimam, ac vtilitatis vbertate omnes, quæ ad hanc diem prodiere ſuperantem, maiore animi alacritate tuearis. Conſentaneum ſiquidem eſt, poſtquàm etiam nunc Conibricenſem Academiam, nobile diſciplinarum emporium, gubernas, & moderaris, eorum labores tuo ſinu excipias, foueas, probes, & amplexêris, qui ſecum quotidie certant, quò ſe ipſis facti meliores, Reipublicæ literariæ incrementum adferant. Sic enim tuum officium retinebis, perficiesque vt ne minùs ſtudia tibi, quàm tu ſtudijs, debeant: & eorum animos excitabis, qui nihil non ſuſtinent, quo diſciplinarum cultum ſuis ſudoribus illuſtrent, vt remis & velis cõtendant, maiora dare. Χάρις μὲν (quod in olympicis ſcribit Lyricus) ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς. Vale, tui Ludouici haud immemor.

Phariſiis ex muſæo noſtro.

AD MAGNIFICENTISSIMVM AC PERINDE ILLVSTREM D. IOANNEM Stunicam, magiſtrum militiæ Dalcantara, ordinis Ciſtercienſis, AElij Antonij Nebriſſenſis Grãmatici præfatio in interpretationem dictionum ex Sermone Latino in Hiſpanum Hiſpanienſémq;.

VTrum mihi fuerit honeſtius, atq; magis è republica, in illo clariſsimo Hiſpaniæ, ac perinde totius orbis terrarum Salmanticenſi gym naſio, artem grammaticã profiteri: an ampliſsimæ dignationis tuæ contubernio, ac iucũdiſsima familiaritate frui, multi quotidiè à me quærunt, id quod ego ſoleo mecum ſæpe cogitare. Nam fuit (quod ſine arrogantia dictũ eſſe velim) profeſsio illa mea vſq; eo illuſtris, vt etiã maleuolorum teſtimonio & inimicorũ confeſsione, totum hoc mihi tribuatur, quòd latini ſermonis officinã primus aperui: auſus quod ait Horatius ille Catius, nouis præceptis ſigna ponere. Et quod ex vniuerſa propemodũ Hiſpania Alexãdros, Petros, Helias, & duriora adhuc noĩa Galteros, Ebrardos, Paſtranas, & neſcio quos indignos qui nominẽtur grãmatiſtas ac literatores funditus eradicaui. Quodq; ſi apud nationis noſtræ homines Romanæ linguæ quicquã eſt, id totum mihi acceptũ referri debet. Eſt profecto hæc laboris noſtri merces ita magna, vt in hoc literarũ genere nulla maior excogitari poſsit: ſed tota illa noſtræ profeſsionis induſtria, peranguſtis finibus circumſcripta erat. Nam cum in enarrãdis authoribus, omnia prope tempora mea conſumerem quiuis quotidie aut ſenis honoris in re difficillima, nec minus faſtidioſa occupatus, fateor nõ fuiſſe totum negotium illud tanti, vt in ea re, quæ videbatur ad paucorum vtilitatem pertinere, tam bonas horas collocarem: cum fortaſſe maioribus auſpiciis, atq; ad opera multò maiora natus eſſem, & quæ noſtris hominibus multò conducibiliora forent. Quid? quod habenda fuit ratio valetudinis & ingenij, cuius vtriuſq; vires ſentiebam indies hebetari, atque illud mihi vſu euenire, quod de lucerna eſt in prouerbio, dum cætera illuſtrat, ipſam pati intertrimẽtum. Itaque cum eſſem à te, Princeps illuſtriſsime, multis præclariſq; beneficiis inuitatus, vt tuorum numero aſſcribi vellem, ilicò arripui occaſionem: & eò quidem libentius quod nihil iamdiu magis cupiebam, quàm dari aliquando mihi otium, in quo poſſem aliquid ſcribere, quod non modò præſentibus, verumetiam poſteris prodeſſet. Non quo non ſatis pulchrè intelligerem, quàm frequens debeat eſſe is qui vitam hãc aulicã ſectatur, atque principi ſuo placere ſtudet, vt quod fieri cõmodè poſsit, nullũ tempus intermittatur quo non illi aſtet, palpetur, blandiatur, arrideat, condoleat, deducat, reducat. Sed quod videbam te ea magnitudine animi, vt hæc omnia paruifaceres: & ea humanitate, vt nihil eſſet (modo honeſtum) quod nõ mihi per te licere poſſe conſiderem. Igitur cum primum tuus eſſe cœpi, magnam ilicò ſpẽ immortalitatis mihi ante oculos propoſui: aggreſſusque ſuum opus, quod putabam eſſe maximũ, omniumque maximè neceſſarium: ſed cui non modò ego, verumetiam omnes omnium

dici-

diſciplinarum profeſſores ſatiſfacere vix poſſint. Nam quotuſquiſq; præceptor in arte ſua non negligit, aut non ignorat pleraq; rerum vocabula? in quæ ſi fortè inciderit, aut diſsimulat, aut aliud pro alio accipit, aut ſe neſcire fatetur ingenuè. Quod ſi velint eſſe paulò diligentiores, atq; authores illos cõſulere, qui de vocabulorum ſignificationibus ſcripſerunt, aut nihil reperiant, aut ſi quicquã reperierint, nihilò plus inde reportent, quàm ſi nihil inueniãt. Omnes enim qui ſibi vnquam hanc prouinciã aſſumpſerunt, aut in dictionibus obſoletis, inuſitatis, barbaris & peregrinis, magna ex parte occupati ſunt, aut tam ambiguè dubitanterque omnia exponunt, vt nihil certi nobis tradant: aut ſi rem ipſam per diffinitionem qualis eſt nobis deſcribunt, non tamen ita vt digito monſtrari poſsit. Quod eò fit, aut quia ipſi ijdem illa ignorant, aut quia incognita permultò incertiora nobis oſtendunt. Quæ omnia vitia quãtum fieri potuit, declinauimus. Nam & vocabula Oſca & Priſca (quibus propter antiquitatis maieſtatem plærũque vtuntur authores) breuiter attigimus, neque quicquam ſub ambiguitate reliquimus, ſed aut quid eſſet, planè diximus: aut cõfeſsi ſumus nos ignorare, rei genere tantum cum aliqua differentia annotato. Et ne vllus mihi relinquatur veniæ locus, dictiones Latinas aut Græcas & Barbaras Latinitate donatas, per exactiſſimam alphabeti ſeriem digeſtas, in Hiſpanam vel Hiſpanienſem linguam conuertimus: magno fateor æſtimationis meæ periculo, cum non deſint qui literas ventilent, calumnientur in ſyllabas, & toti deniq; huic noſtræ interpretationi detrahãt. Sed audendum fuit aliquid, atque pro vtilitate multorum ſubeundũ, vt ſapientes atque inſipientes de nobis iudicarent. Quod ſi alicubi excidimus, neque ſatisfecimus opinioni, quam multi de nobis habẽt, cõſiderare debebit amicus lector rei difficultatem, & nõ quid ego fecerim, ſed quid alij præſtare nõ potuerint. Nam cum res ipſæ quarum vocabula ſunt, aut cum ipſa natura perennent, aut in ſolo vſu hominumq́ue arbitrio poſitæ ſint, naturalia illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi noſtro cognita ſunt, & hæc voluntaria nobis etiam ſentiẽtibus cotidie cum nominibus immutantur. Quid? quod ex ijs rebus quarũ formæ (vt phyſici dicũt) ſempiternę ſunt, quędam penitus interierunt, quaſdam incognitas repentè natura protulit? Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano, ſed an extet hodie apud aliquas gentes, ego non auſim affirmare: certe in Hiſpania nuſquam eſſe audio. Fuiſſe autem antiquis temporibus, vel ex eo manifeſtum eſt, quòd C. Cæſar in memoriam nominis ſui, arborem propria manu Cordubæ conſeuit. Qua de re eſt epigramma Martialis.

In Tarteſsiacis domus eſt notiſsima terris,
Qua diues placidum Corduba Batin amat,
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et linit Heſperium bractea viua pecus.
AEdibus in medijs totos complexa penates,
Stat platanus denſis Cæſariana comis.

Quod verò poẽta dicit,

Vellere natiuo pallent vbi flaua metallo.

Et alio loco,

Vncto Corduba lætior Venafro.
Albi quæ ſuperas oues galeſi,
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore viuo.

Et alio præterea loco de Bæti fluuio,

Bætis oliuifera crinem redimite corona,

Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo eſt qui dicat ſe noſtro ſæculo vidiſſe oues natiuo illo auri ſplendore infectas. Vbi nunc eſt illa auri tot ſeculis exhauſta, atq; terris omnibus prelata fertilitas, ex qua pondo auri ſexaginta millia quotannis populo Romano pendebat Aſturia? Vbi nunc argentarij illi putei ab Hannibale inchoati, quorum vnus tantũ trecentas argenti libras cotidie Carthaginenſibus ſubminiſtrabat? Vbi nũc in prouincia Bætica numeroſa illa plumbi inuentio? Vbi in Tarraconenſi ad Segobrigam lapidis ſpecularis metalla? Vbi torrentis illius qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura carbaſis ibi primum repertis? Quæ omnia conſque euanuerunt, vt ne veſtigium quidem vllum noſtra ætate reperiatur. At econtrariò, multa ſunt noſtro ſæculo, quæ antiquitas illa aut penitus ignorauit, aut genere tantum indiſtinctè cognito, differentias rerum non intellexit. Mala citrea vnius tantùm generis ac nominis, atque ita vix cognita apud antiquos fuiſſe legimus. Nos verò eius pomi varijs generibus nomina diuerſa indidimus, *Cidras, Naranjas. Toronjas, Limas, Limones* appellantes. Pari ratione Cucumeres vna forma atque nomine apud illos erant: cum repente prouenêre in Campania cõglobati: & ex illorum ſemine factum eſt nouum genus: cœpitq; appellari Melopepones. At verò nos præter anguinum & cultiuum: & illum in Campania inuentũ, adhuc alia genera cernimus: *Pepinos, Badeas, Sandias*, vocamus. Neque ſolũ ijs in rebus quæ natura conſtant, vocabula ipſa cum rebus oriuntur ſimul & occidunt, verumetiam vſus & deſuetudo tãtum pollet, vt rebus ipſis permanentibus quædam ex illis obruat, quædam rurſus proferat in lucem. Accipitres eos qui ſic propriè appellantur, & quibus tempeſtatis noſtræ aucupes vtuntur, in duo genera diſtinxit Ariſtoteles, autor omnium diligẽtiſsimus: atq; Humipetas & Sublimipetas appellat, nos *Açores & halcones* dicimus. Sed quod illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inuẽta, neque accipitrũ vſus adeo frequens, ſatis habuerunt illos ex ratione volatus in duo genera partiri. Noſtri verò, quibus hæc ars eſt in maximo honore, complures in vtroque genere differentias fecerunt: *Gauilanes, Açores, Girifaltes, Neblies, Sacres, Alfaneques, Baharies, Tagarotes*, tum plumarum ratione, tum naſcendi ordine, tũ patriæ, prædæ, victus, morũq; varietate diſtinguentes. Contra in apibus animal quo nullũ eſt nobis familiarius, & quod ex inſectorum genere ſolum eſt hominum cauſa generatũ, multa ſunt, quæ nec apiarij quidem noſtri ſæculi intelligũt, cũ à maioribus noſtris ſint perſpecta ſimul & cognita. Quis enim hodie ex mellatione aliud percipit quàm mel & ceram? Pauci ex medicis nouere Propolim. Rhitacen verò quod erat ex fauis mel precioſiſsimum, virtutiſque ad illiciendum mirandæ, ne ſuſpicari quidem poſſunt quid ſit, cũ Cleros, Metys, Piſſoceros, magni ad medicamẽta vſus, omnino illis re atque nomine incognita ſint. Iã verò ex ijs rebus quæ ſunt in prõptu, ſemperq; fuerũt, multa ſignificantius vno verbo latinus ſermo dicit, quàm nos pluribus. Eſto exempli cauſa Omen, quod ſignificat illud (vt ita dicam) auſpicium, quod captamus ex eo, quod locutus eſt quiſq̃ in re perquàm diuerſa, ſi velimus Hiſpanũ facere, vix multis verbis id poterimus conſequi. Si verteremus in *Alfil Toledano*, rectè atq; Hiſpanè interpretaremur, ſed qd illud ſit, perpauci intelligunt. Econtrariò multa latinus ſermo habet, quorum vim, etſi latina lingua ſentit, non tamen habet vnum aliquod verbum, quo illa enunciet. Vt ecce à

cubito

cubito nos fecimus *Codada*, pro eo quod eſt latinè cubiti ictus: *Codear*, pro eo quod eſt cubito vellere. Quòd ſi earũ rerum, quæ ſunt per naturã conſtantes, vocabulorũ tanta mutatio eſt, quid futurum putamus in ijs, quas aut neceſsitas humana cotidie reperit, aut luxuria parit, aut otiũ excogitat? Ex hoc genere ſunt veſtes, armamẽta, cibi, vaſa, naues, inſtrumenta muſicæ, rei ruſticæ, atque omniũ illarum artiũ quas in opulentiſsima quaque ciuitate cernimus. Hæc idcircò tam multis repetita ſunt, vt nemo miretur ſi nõ ſemper Hiſpanienſia latinis, atque Hiſpanis Latina vocabula reddidimus. Nihil enim in vtriuſque linguæ dictionibus cõparandis tam præ nobis tulimus, quã illud, quod de lege interpretandi eſt à Cicerone dictum elegantiſsimè, verba non numerãda, ſed põderanda eſſe. Neque otioſum quis putet, quod in eodem opere duo ſimul opera edidimus, nam illud quoq; fuit nobis curæ, vt proſpiceremus omniũ vtilitati: & eorum qui ex Hiſpano ſermone in Latinum venire cupiunt: & eorũ qui Latinos codices legere audent, necdum tamen illis cognitio Latinæ linguæ abſoluta cõtigit. Volumen tamen ipſum ſub incredibili quadam breuitate contraximus, ne pauperes magnitudo precij ab emptione, diuites verò faſtidioſos vmbilicus craſsior à lectione deterreret: ſimul etiã quo facilius ſub ala atq; in ſinu manuq; geſtari & circũferri poſſet. Inſcripſimus aũt non qua cæteri arrogantia, Catholicon, Pandectas, Ceras amaltheas, quod eſt vniuerſale cõprehenſorium, Cornucopiæ appellãtes: ſed pleno verecundiæ titulo Lexicon, Græcè: quod eſt Latinè dictionarium. Tuę verò Amplitudini dedicauimus, nõ qua fiducia cymbalum illud mundi Apion grammaticus, qui dicebat illos à ſe immortalitate donari, ad quos opera ſua cõponebat: ſed qua Phidias ille primus toreuticæ artis repertor, qui cum Atheniẽſibus ex auro & ebore memoratiſsimam illam Mineruæ ſtatuam effingeret, nomenq; ſuum inſcribere nõ liceret, ſuiipſius perſimilem imaginem ita clypeo coagmentauit, vt ea conuulſa, tota operis colligatio ſolueretur. Ego quoque pari ratione, cum viderem te generis nobilitatẽ à maioribus acceptã, præclariſsimis tuis virtutibus multò illuſtriorem reddidiſſe, nomenq; tuum apud noſtræ nationis homines immortale futurum, quia non poterã ego per meipſum nobilitari, excogitaui rationem (vt ait poëta) qua poſſem me humo tollere, atq; ipſe fieri immortalis: & in titulo huius operis ita meum nomen cum tuo ferruminaui, vt alterum ab altero diuelli non poſſet. Rationes autẽ & argumẽta quæ nos impulerunt, vt iſto vel illo modo interpretaremur, enarrationes quoq; vocabulorũ, & cæteras grammaticæ partes in tria illa volumina diſtulimus, quæ ijs de rebus ſumus propediem edituri: opus magnum, diffuſum atq; variũ, quippe quod ex quadringentis circiter probatiſsimis autoribus conflatum eſt. Eratq; mihi in animo illud in primis edere, niſi eſſem à te, Princeps humaniſſime, quotidiano prope cõuitio exagitatus, vt inciperem iam tandem aliquid emittere, neq; te diutius vana ſpe luderem. Quemadmodum igitur ampliſsimæ Dignationi tuæ debebunt qui aliquid vtilitatis ex hac mei operis editiõe percipiẽt: ita par eſt vt tibi imputẽt, ſi quid eſt à nobis præcipitanter atque inconſideratè editum. Sed antea quàm rem ipſam aggrediamur, pauca nobis præmittenda ſunt, quibus omnem noſtram mente circa dictiones ſingulas explicabimus.

PRincipio omnes dictiones in differentia eſſe quintuplici. Nam aut ſunt Oſcæ, aut Priſcę, aut nouæ, aut barbaræ, aut probatæ. Oſca, ſunt vocabula, quæ & Opica poſſunt appellari, quibus Oſci atq; Opici, antiquiſſimi Italiæ populi vſi ſunt: ſed quæ ſæculũ eruditius omnino dãnauit, atq; ex vſu penitus excluſit. De quibus libro primo

oratoriarum inſtitutionum Quintilianus ait. Neque ſint vtique verba ab vltimis etiã obliteratis temporibus repetita, qualia ſunt Proſapia, Exãtlare, Antegerio, & Saliorũ carmina, vix ſuis ſacerdotibus intellecta. Priſca verba (vt idem autor inquit) afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione. Nam & autoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, vt neque crebra ſint, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione, qualia multa legimus apud Plautum, Terẽtium, & Catonem: atq; etiam ex iunioribus, Virgiliũ, & Lucretium. Noua ſunt, quæ probatiſsimi autores auſi ſunt in medium proferre, cũ antea non eſſent: ex Horatij memorabili præcepto.

licuit ſemperq; licebit
Signatum præſente nota producere nomen.

Sic Cicero à Beatus fecit Beatitas & Beatitudo, quorum alterum exploſum, alterũ receptum eſt. Sic noſtra ætate Franciſcus Philelphus Strapeda, pro eo quod Hiſpanè dicimus *Eſtribo*. Cuius audaciæ quanquam eſt à plæriſq; reclamatum, poteſt tamẽ excuſari, quòd nullum inuenit latinum nomen quo poſſet ſignificare id quod volebat: cũ neq; res ipſa fuerit apud antiquos: ſic & nos ipſi multa in hoc genere ſumus auſi, quibus ego interim cenſeo vtendum, quoad meliora ab alijs fuerint inuenta. Barbara ſunt quæ ex peregrino ſermone aſcita, latino ſermoni autores inſeruerunt. Sic Virgilius ex ſermone Germanico ſumpſit Cateia, quod eſt iaculi genus: ſic ab Afris Magalia, quæ ſunt caſæ paſtoriciæ. Sic Cicero à Sardis Maſtruga, quod eſt veſtis genus. Sic Iuuenalis Rheda, quod eſt vocabulum Gallicum, ſignificatque vehiculi genus. Sed, vt Quintilianus ait, excuſatur hoc vitiũ, aut conſuetudine, aut autoritate, aut vetuſtate, aut denique vicinitate virtutum. Probata verò vocabula ſunt habẽda, quibus autores illi vtuntur qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium: hoc eſt à centeſimo ante natalem Chriſti anno, ad centeſimum quinquageſimum ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus, De quo verborum genere Quintilianus inquit, vt nouorum optima erunt maximè vetera, ſic veterum maximè noua. Ex probatis verò, alia ſunt vſitata, alia rara. Inter quæ rurſus alia eſt differentia, quod alia ſunt poëtica, alia oratoria, alia hiſtorica. Autoritas, vt idem Quintilianus ait, ab oratoribus & hiſtoricis peti ſolet: nam poëtas metri neceſsitas excuſat. Quare vocabulis Opicis atque Barbaris, illis tantum vtemur, quæ ſunt ab autoribus celebrata: atque id quidem rariſsimè: nec ſine quadam ignominiæ nota, addentes, vt ita dixerim, vt ſic loquar, & ſimilia, quibus ſermonis improprietatem excuſare conſueuimus. Priſcis verò & nouis, rarò quoque, & cum verecundia quadã: vt excuſare poſsimus id feciſſe aut in honorem antiquitatis, aut neceſsitatẽ, cum dictionẽ latinam non habemus, qua id quod volumus ſignificare poſsimus. Probatis verò quæ ſunt in vſu frequẽti, frequenter: raris, rarò: poëticis, in carmine tantùm: oratorijs verò & hiſtoricis in proſa oratione atque in carmine indifferenter vtendum. Atque vt tanta ambiguitate lectorẽ monere poſsimus, adiecimus cuique dictioni notam qua cenſeri debet cuius ſit ordinis. Nam Oſcis, oſ. Priſcis, pr. Nouis, no. Barbaris, bar. Raris, ra. Poëticis, po: quibus verò nihil tale appoſuimus, vſitata & oratoria intelligendum eſt, nam græcis receptis æquè ac latinis vtemur. Orthographia verò, quia ſimplex non eſt, atque, vt ait Quintilianus, conſuetudini ſeruit, & cum temporibus ſæpe mutatur, literaturam illam ſequemur, in quam plæriq; autores conſentiunt. Quare meminiſſe debebit is qui dictionem aliquam requiret, poſſe illam ſcribi per vocalem aſpiratam, vel exilem, vel

peræ

per æ vel œ diphtongon, vel ſine diphthongo, per ſimplicem aut duplicem conſonantem, per ch. ph. rh. th. aſpiratas: aut per c. p. r. t. exiles.

Itaque ſi orthographiæ ratio lectori non ſatis conſtat, neque ceſſabit ab inquiſitione, quoad omnes locos fuerit perſcrutatus. Inter i iota & y pſilon, etſi tanta diſtantia eſt, quanta poteſt eſſe maxima inter duas vocales, inter i, præterea & u. cum accipiuntur pro vocalibus, & cum pro conſonantibus ſcribuntur, tanta ſit differentia, vt inter duas quaslibet litera maior eſſe non poſsit, nos tamen vtrarum que ordinem confudimus. Proſodiam quoque ex eiuſdem Quintiliani ſententia in hũc modũ deſignauimus, vt cum litera alium vel alium intellectum, prout producta vel correpta eſt, facit, ambiguitatem illam apice diſtinguamus. Vt quia malus prima producta ſignificat arborem, apicem eidem imponamus, ne putetur ſignificare non bonum. Occido præterea quia media longa ſignificat interficio: eadem breui, cado ſiue pereo, tanta errandi occaſio tolletur apice primæ aut ſecundæ ſyllabæ impoſito. Idem quoque fecimus in dictionibus illis, quæ peruersè ab imperitis efferuntur, aut habent accentum paulò reconditiorem. Nam in omnibus id facere eſt quidem ineptiſſimum, cum virtus & ars, quemadmodum ait Ariſtoteles, circa difficile verſentur. Nemo enim ignorat, quo accẽtu dominus efferatur, quare id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt Sinapis, Aratrũ Iacobus Iſidorus, & alia multa ſecunda ſyllaba à fine breui, atque eandem accentu graui, & econtrariò Biſsinus, Adamantinus, Origenes, Hermogenes penultima acuta, hic omnis labor, hoc opus artis eſt, tantam ignorantiã ex hominum mentibus extirpare. Quia verò poſſet quiſpiam ambigere, quo accentu dictiones incognitæ plæriſque proferantur, apice omnis ambiguitas illa tolletur Etymologiæ ratio, quam Cicero veriloquium interpretatur, quanquam latiſsimè patet, eius vim præcipuam oſtendimus, cum dictionis cuiuſque intellectum referamus, quod alij fecerunt partim obſcurius, partim negligentius. Nam vocabulorum originem, quoniam in hoc opere ſpacijs iniquis excludimur, in aliud opus differre libuit: tantùm adiectus eſt nomini genitiuus, & primæ poſitioni verborum, ſecunda perſona ſingularis in fatendi modo, vt ſignificaremus quotæ declinationis illa eſſent: hæc verò quotæ coniugationis: quæ res ſignificationem plærunque mutat. In alijs verò, quæ partes orationis eſſent, in compendium ſcripſimus.

FINIS.

AD SPLENDIDIDISSIMVM EQVESTRIS ATQVE SENATORII ORDINIS VIRVM,

Michaelem Almazanum, à libellis, ab aure, à ſecretis Ferdinandi Tarraconeñ. & vtriuſque Siciliæ, atque Inſularum maris noſtri regis clariſsimi atq; proinde totius orbis Hiſpani moderatoris, Ælij Antonij Nebriſs. Regij hiſtoriographi præfatio in ſecundam editionem Lexici ſui incipitur fœliciter.

EST apud Græcos adagium frequens, Latinis acceptum, Hiſpanis vſurpatum, impudenter eos agere, qui eandem filiam duobus ſimul generis locant: in eos dictum, qui ex vna opera duplices exigunt mercedes. Quod verè poteſt in me dici, qui lexica mea Ioanni à Stunica ex Ciſtercienſis ordinis magiſtro S.R.E. Cardinali atque Archiepiſcopo Hiſpalenſi dedicatá ſemel, nũc Dignationis tuæ nomine, quaſi rem nouam emittimus in vulgum legendam. Poſsem ego iocans purgare me ab hac ambitionis ſuſpitione: licere mihi per leges diuinas, quod licet patri in demortui generi locum, alterum filiæ proſpicere. Sed non eſt meum vetera pro nouis vendere, neque eandem rem duobus dominis adiudicare. Nam cum ab hinc annos circiter viginti illa duo lexica cotidiano prope conuitio Præſulis mei præcipitanter edidiſſem, fateor non potuiſſe me tantam verborum ſyluam colligere, quanta à me expectabatur. Erant præterea res aliæ complures quæ maiorem exigebant diligentiam, quàm à nobis pro temporis anguſtia præſtari potuerit. In hoc verò opere quod tibi nunc dicamus, adiecta ſunt plura quàm decem mille vocabula, & ex ſuperiori editione pluſquam ſexcentæ dictiones in verum idioma Hiſpanum conuerſæ, cum fuiſſent antea confuſæ, aut perperam interpretatæ, omnia in meliorem ordinem redegimus. Et ne opus eſſet in quærendis rerum dictionibus multas paginas euoluere, ſeiunximus nomina propria locorum à communibus, atque verbis & alijs partibus orationis. Eſtque nobis in animo ſubciſiuis quibuſdam horis addere adhuc vocabularia duo, alterũ de dictionibus Hebraicis, quæ reperiuntur in ſacris literis, expreſſa literatura tantùm, & accentu, & re quam deſignat. Alterum de dictionibus Barbaris, quæ cum ſint externa, putantur ab omnibus eſſe Latina aut Græca, puta Sigalum pro Tipha: Bladum, pro frumento: Tregua, pro Inducijs. Cumque res latina conſtet materia & forma, materiaq; ſit in nominibus & verbis, cæteriſque partibus orationis, forma quoque ex harum partium compoſitione: vtrumque munus eſt à nobis abſolutum. Nam quod ad grammaticam pertinet, quid alij ſentiant habes teſtimonium ab ijs, quos iam inde ex Italia conſuluiſti, quæ eſſet ars aliarum potiſsima per quam liberos tuos erudiendos curaris. Quod ad Dictionarium, vnde verborum copia depromeretur, omnes cotidie experiuntur quantum vtilitatis ex eius lectione proueniat, ijs præſertim qui ſermoni latino incipiunt dare operam, quorum in numero præclaræ indolis pueri ſunt tui. Eorum igitur vſui mitto hunc codicem, nam te maiorem ſcio, quàm vt huc deſcenſurum putem, & ne in ſcribundis prologis, vt ille ait, operam abutamur. Vale.

AD ANTONIVM NEBRISSENSEM ARII LVSITANI EPIgramma, quo illum hortatur, vt ſuum Lexicon edat.

CVr opus Antoni clarum atque inſigne recondis?
Cur negat ipſe ſuum pulcher Apollo iubar?
Ille liber Phœbo ſimilis fulgebit in orbe
Altior, illuſtrans quæ latuère diu.
Quicquid enim in mundo rerum natura parauit,
Ordine perſpicuo conſpicienda patent.
Nec genus, aut quæ ſunt tantum communia monſtrat,
Sed ſpecie in propria quicquid in orbe fuit.
Quis putet hoc ipſum cunctos potuiſſe, quod vnus
Hiſpanus Varro præſtitit & Figulus?
Nam Latias voces noſtris, & Græca Latinis,
Et rebus voces reddere difficile eſt.
Durus vterque labor, res nulli tacta priorum:
Ars tamen & virtus ardua quæq; petunt.
O vis excellens animi, reſpublica noſtræ
Hunc Academiæ diſcipulique petunt.
Flagitat hunc medicus, vates, iuriſque peritus,
Theologus, Orator, Philoſophusque ſimul.
Quis non cunctarum rerum ſibi nomina apertè
Sermonem in patrium verſa videre velit?
Denique librorum ſyluam diffuſa per omnem,
Ad nutum proprijs quæque notata locis?
Vera cano, nec dulcis amor ſic iudicat, immo
Ex hoc iudicio defluit auctus amor.

FABIANI, ANTONII Nebriſſenſis. F.

IAm iam quid dubitas immenſa per æquora tutus,
Sidere tam fauſto tendere vela noto?
Caſtalidum percurre choros, Latiasque camœnas:
Rhetoricum quicquid ditia regna beat.
Aut quid naturæ varios effingere vultus,
Quicquid tellus alit, Oceanusque placet.
Et medicas aude ſyluas penetrare latentes,
Nec ſemper noſtris inuia luſtra time.
Iura inuade ſimul quotquot ciuilia, campos
Sacratos, pariter dogmata pontificum.
Denique & humana, & diuina volumina tenta,
Hic aditus faciles pandit ad omne liber.
Quod metuas non eſt obſcura ænigmata Sphingos,
Et lamias, ſi quas ſemita fortè parat.
Non eſt quod Syrtes paueas, ſæuasque Charybdes,
Atque vagas cautes, Cimmeriumque fretum.
Antonio hæc igitur debetur gloria ſoli,
Ac laudum titulis hic numerandus erit.
Primus in Heſperiæ populos velut æthere miſſus,
Quod doceas Latios reddere verba ſonos
Et pro Sarmaticæ ſtridenti murmure linguæ.
Romanum dederis primus & eloquium.
Verbaque nunc iterum magno digeſta labore
Rebus quod facias concinuiſſe ſuis.

AELII ANTONII NEBRIS-
SENSIS ELEGIA DE PATRIAE
antiquitate, ac parentibus.

EST locus Heſperiæ, qua Bæthis arundine cinctus,
In læuam campos influit, atque tenet.
Dixerat hunc Aeſtius fluuio ſtagnante vetuſtas,
At verò Albinam ſecula noſtra vocant.
Hic varium & genus volucrum maris, atque paludis
Excludit fœtus, incubituque fouet.
Haud procul hinc colitur muro Nebriſſa vetuſto,
Quam Bacchus poſuit littus ad Oceani.
Nanque ferunt Semele genitum Gangetide victa,
Inuaſiſſe feros Heſperiæ populos.
Et ſocio amiſſo, à quo Luſitania nomen
Duxerat: in Calpes littora vertit iter.
Dum vehitur curru per inhoſpita Teſqua Mariſma:
Quæ ſequitur Tigris, deficit, atque ſitit:
Et curuus pando reſidens Silenus aſello.
Et variæ Lynces, Mænades, & Satyri.
Ventum erat ad ſpeculam, quæ Fontinalia dicunt
Indigenæ, Diuus nunc Benedictus habet.
Ad ſtreditum lymphæ Nebris prior arrigit aures.
Et cauda ludens, praua monſtrat iter.
In gelidos latices, & amœnam frondibus vmbram,
Et fontes ſacros, arida turba ruit.
Cumque refecta cohors vndis ſalientibus eſſet,
Captus amore loci dicitur eſſe Pater.
Conſilioque habito, Satyris dixiſſe vocatis,
Atque Mimalloneis, cætera turba ſilet.
Accipite ô comites, lætaſque aduertite mentes,
Hic mihi collis erit religione ſacer.
Nec tam Nyſa mihi, natuſque ad ſacra Citheron
Gratus erit, quantum à Nebride dictus ager.
Nec qui plus Baccho, qui ſe plus iactet olino,
Et Cereris flauæ meſſibus, atque fauis.

Quare agite ô Satyri, nocturna repoſcite ſacra:
Et vos Baſſarides hunc celebrate locum.
Iam Tartheſsiacas Titan deſcendit in vndas,
Et feſſos curuo littore ſoluit equos.
Inuadunt Thyrſos, reſonant vlulatibus agri,
Et te Bacche vocant, & tua ſacra canunt.
Inſomnesque trahunt bacchantes Orgia: donec
Cedere Luciferum cogeret orta dies.
Et propè monticulus ſurgens clementer in auſtros,
Parte tamen reliqua præcipitante latus.
Hic promiſſa pater fundauit mœnia Bacchus,
Nebriſſamque vocat, Nebridis auſpicio.
Quæ cum polleret Roderico rege, furores
Diruerant Libyci, nunc renouata viget.
Hîc domus, hæc patria eſt, hîc me genuere parentes
Ingenui, & media conditione pares.
Nam mihi Ioannes pater eſt, Catharinaque mater:
Debemus patriæ. plus tamen illa mihi.
Illa mihi dedit hunc vitæ mortalis honorem,
Sed ſtudijs noſtris illa perennis erit.

FINIS.

De incipientibus ab A litera.

A Litera vocalis prima in ordine alphabeti.g.alpha.
A.duobus punctis interpoſita deſignat Aulus prænomen.
A,particula gręca eſt,interpretaturq́ue ſine.
✣ A,quãdoq; priuationẽ ſignificat vt Amylũ,hoc eſt,ſine mola
✣ A præpoſitio,ſeparationem ſignificat.
✣ A,motum de loco ſignificat,vt á cœlo in terram.
✣ A,ſignificat poſt,vt apud Perſ. O Iane à tergo.
✣ A,quandoq; ſignificat de,vt Terent. à villa mercenarium vidi.
✣ A,pro eo quod pro,vel propter dicitur,vt Væ mundo à ſcandalis.
✣ A,ſignificat & pro , & vim defenſionis habet apud authores.
✣ A,ab,& abſq; præpoſitiones ſunt deſeruiẽtes abl.õ.
✣ A,in cõpoſitione plerũq; ſeparat,vt amoueo,auello.
✣ A,ſignũ erat Abſolutionis,ſicut.C.Condemnatiõis.
A primis incunabilis.i. à primis infantilibus annis.
A,vel ab,plerunq; nomina officiorum ſignificãt,Vt:
Ab accidentibus.i.qui præeſt nuncijs afferendis.
A batis,i.qui præeſt menſuris frumentarijs.i. batis.
A caliculis,i.qui præeſt vaſis. *Por el repoſtero de plata.*
A commentarijs. *El que tiene el regiſtro delos preſos.*
A libellis. *Aquel por quiẽ el Rey reſponde alas peticiones.*
A memoria. *Por el que le recuerda lo que ha de hazer.*
A manu. *Por el que eſcriue lo que el principe quiere.*
A pedibus. *Por el moço deſpuelas o que lo deſcalça.*
A pugione. *Por el paje que lleua el eſtoque delante el rey.*
A punctis. *Por el que tiene cargo delos aqueductos.*
A rationibus. *El que tiene cargo delas cuentas del rey.*
A ſecreto,vel á ſecretis. *Por el ſecretario del principe.*
A ſtudijs. *El que tiene cargo del eſtudio del principe.*
A voluptatibus. *El que tiene cargo delos plazeres del rey.*
Ab aure.i.cum quo princeps ad aurem loquitur.
Ab epiſtolis. *Por el que lleua a firmar las cartas al rey.*
Ab extis. *El que por las aſſaduras dezia lo venidero.*
Aages,eos,per ω in fine , intepretatur infrangibilis.
A aptos,u.interpretatur intangibilis,& innocuus.
A aſcheros,u.interpretatur irretẽtibilis,quod retinerí non poteſt.
Ab incompoſitis , nonnunquam ſignificat priuationem,vt Abſimilis non ſimile.
✣ Ab & Abs præpoſitiones,ſeparationem ſignificant.
✣ Ab aliquando mutatur in au,euphoniæ cauſa,vt de abſero,auſero. (re ſummo.
✣ Ab in compoſitis motũ de loco denotat,vt ab æthe-
✣ Ab & au,in cõp.aliquando ſeparationem ſignificãt, vt ablacto,auſugio.

✣ Ab interdum ponitur pro extra, vt abdueo .i .inde ſeu extra duco. (tra vſum.
✣ Ab aliquando pro contra inuenitur, vt Abuſus,con
✣ Ab pro poſt,vt ab vrbe condita. Iuu. Exul ab octaua
✣ Ab etiam ſuperfluė ponitur,vt ab Roma,apud Liui.
✣ Ab aſino lanam petere , prouerb.dicitur cum ſtultė petitur quod non eſt.
‡ Ab ipſo lare, i.ab ipſis domeſticis & familiaribus, prouerb.dicitur.
Abaſcanos,u,interp. inuidia vacuus.
Abaphos,u.interpretatur non tinctus colore.
Abactor,oris. *El ladron del ganado.* qui abigeus dicit̃
Abactio,onis. *Aq̃lla obra de hurtar.* qui abigeatus,us.
Abactus magiſtratus dicit̃,pro eo quod abdicatus.
Abacus,i. *Por el aparador dela plato o vaſos.*
Abacus,i. *Por la tabla para eſcreuir o contar.*
Abacus pro capitello vel epiſtylo columnarum.
Abaculus,i.diminutiuum ab eo quod eſt abacus,i.
Abaculus,i. *Por el eſcaque o trebejo del axedrez.*
Abalieno,as,aui. *Por agenar de ſi alguna coſa.*
Abalienatio,onis. *Por aquella obra de agenar de ſi.*
Abamita,æ. *Por la hermana de mi quarta abuela.*
Abaſes dicuntur regiones in deſertis habitatę.
✣ Abata,g. Latinė inuia & quę acceſſum non habent.
Abatos,interpretatur locus inacceſſabilis homini.
Abauus,i. *Por mi quarto abuelo i. abuelo de abuelo.*
Abauia. *Por mi quarta abuela.i.abuela de abuela.*
Abauunculus,i. *Por el hermano de la quarta abuela.*
Abax,acos,Græcė. Latinė interpretatur abacus,i.
✣ Abbatia,æ.pro abbatis dignitate dicit̃ à iunioribus
Abbas,atis.ex lingua Syriſca interpretatur pater.
✣ Abbatiſſa,æ.apud Hieronymum. *Por la abbadeſſa.*
Abbreuio,as,aui. *Por abbreuiar lo luengo.*
Abbreuiatio,onis. *Por aquella obra de abbreuiar.*
Abcaueo,es,abcaui,abcautum. *Por guardarſe de mal.*
Abdico,as,aui.pen.cor. *Por deſheredar el hijo en la vida*
Abdicatio,onis. *Aquella obra de deſheredar en vida.*
Abdico,as,aui.pen.prod. ꝑ abnego, as. *Por denegar.*
Abdicatiuus,a,um,pro eo quod eſt negatiuus,a,um.
✣ Abdico,is,xi.penu.prod.pro reijcio dicitur , verbũ augurale. (ctio dicitur.
Abditamentum.i.pro eo quod deductio ſiue detra-
✣ Abditamentum,namq.contrarium eſt additamento.
✣ Abdo,is,abdidi,abditũ,pro eo quod abſcõdo,is,di.
Abditiuus inquit Feſt. ꝑ eo quòd eſt abortiuus,a,ũ.
Abdomen,inis. *La ventaxa o enxundia delos puercos.*
Abdomen,vt Plin. ait,antiquiores pro ſumme accipiebant.
Abdomen,inis. *La ijada delos peces grueſſos como de atun.*
Abduco,is,xi,ctum. *Por lleuar de alguno.*
Abductio,onis. *Por aquella obra de lleuar de alguno.*
‡ Abecedaria tabula. *La cartilla.*
✣ Abecedarius,dicitur qui per ordinem alphabeti aliquid ordiuat.
Abecedarium,Latinė dicitur,Græcė alphabetum.
Abebæos,u.interpretatur inſtabilis inconſtanſq;.

Abellina,nux eadem quę abellana. *Por auellana.*
Abelna,enim nux ab Abellino , oppido Campaniæ dicitur.
Abelieria,as.interpretatur ſtoliditas ſiue inſipiétia.
Abelieros,interpretatur ſtolidus ſiue ignarus.
Abemo,is,emi,emptum. *Por comprar de alguno.*
Abemito,as.inquit Feſtus pro demere ſiue auferre.
Abemptio,onis. *Por aquella obra de comprar de alguno.*
Abeo,is,iui.vel abij. *Por yr de algun lugar,o perſona.*
Aberceo,es,abercui,abercitum. *Por arredar o apartar*
Aberro,as,aui. *Por deſuiarſe de algun lugar o perſona.*
Aberratio,onis. *Por aquella obra de apartarſe aſsi.*
Aberrũco,as.verbũ antiquũ ex ab & e, pro eradico
Aberrũcaſſo,is.pro eo quod eſt aberrũco,as,dicitur
Aberruncatio,onis. *Por aquella obra de arrancar.*
Abfore,futurũ infinitiui ab abſum, ꝑ futurum eſſe.
Abgrego,as,aui.à grege ſubduco. *Apartar como de ma*
Abgregatio,nis. *Aquella obra de apartar aſsi.* *(nads.*
✥Abhinc,vna dictio cum accuſatiuo,pro antehac đr.
✥Abhinc decem annos dicitur,pro ãte decem annos.
Abhorreo ab humanitate,pro eo quod alienus ſum.
Abhorreo à literis, ꝑ eo quod alienus ſum à literis.
✥Abhorreo,& cũ actō & ablatō iũgitur apud autores
✥Abhorreo,quando accuſatiuo iungitur ferè ſignificat quod ſuum ſimplex. *(to.*
✥Abhorreſco,ęs.valdetimeo. *Auer mucho miedo,o eſpã-*
Abiectus,cta,ctum.participium,ab abijcio,is,abieci
Abiectio,onis. *Por aquella obra de abatir,o echar de ſi.*
‡ Abiecti,enim dicuntur viles atq; contēpti, ab abijcio,is,eci. (abijcere.
‡ Abiecto, as , frequentatiuum , eſt quaſi frequenter
Abies,etis. *Por el abeto arbol,* qui græce dicitur Elãte
Abiegnus,a,um. *Por coſa de materia de aquel arbol.*
Abietarius,ij. *Por el carpintero de aquella madera.*
Abietaria negotia. *La mercaduria de aquella madera.*
Abies palma. *Por el genero de palma que creſce en alto.*
Abies,etis *Por vna Planta que nace enlas piedras.*
Abigeus,à iureconſultis dicitur idẽqui abactor, oris.
Abigeatus,crimen dicitur idem quod abactio,onis.
Abigo.gis,abegi,abactum. *Por apartar o oxear.*
Abijcio,is,eci à ſe lõge reijcere. *Abatir o echar de ſi.*
Abintegrò aduerbium. *Por de nueuo o deſde comienço.*
Abintegrò.i.deuuò.quaſi res aliqua perfecta iterum inchoetur.
Abinteſtatò, dicitur aduerbialiter. *Por ſin teſtamento.*
Abios,u.interpretatur non curans de vita.
Abiotos,n.per ω.in penultima interp.nõ victurus..
Abyſſos,u.interpretatur ſine profunditate.
Abitio,onis.vel Abitus,us, *Por la ida de algun lugar.*
Abiudico,as,aui. *Quitar alguna coſa per ſententia.*
Abiudicatio,onis. *La obra de quitar aſsi alguna coſa..*
Abiugo,as,aui. *Por apartar o deſuñir vno de otro.*
Abiugatio,nis. *Aquella obra de apartar vno de otro.*
Abiungo,is,abiunxi,abiunctum. *Por aquello meſmo.*
Abiunctio,onis. *Aquella obra de apartar vno de otro.*
Abiuro,as,aui. *Por negar alguna coſa con juramento.*
Abiuratio,onis. *Por aquella obra de negar jurando.*
Ablabia,as.per ei.in penul.interp.incolumitas,lumitatis.
Ablabes,æos.interpretatur incolumis,incolume.
Ablacto,as,aui.i.àlacte remouere. *Por deſtetar.*
Ablactio,onis. *Por aquella obra de deſtetar.*
Ablaqueo,as,aui. *Por eſcauar o alimpiar los arboles.*
Ablaqueatio,onis. *Por aquella obra de eſcauar.*
Ablatiuus latinorũ caſus ſextus,ab auferẽdo dictus
✥Ablatiuus ſingularis,quartæ declinationis pro datiuo ſæpe reperitur.
✥Ablatiuus,pro genitiuo.Verg.Illa ferax oleo eſt.
Ablego,as,aui. *Embiar en embaxada de algun lugar.*
Ablegatio,nis. *Por aquella obra de embiar embaxada.*
✥Ablego,quoq; pro eo quod mitto,mittis dicitur.
Ablepſia,as.interp.cæcitas. *La ceguedad,o incõſiderãcia*
Ableuo,as. pro ſubleuo,as. *Por leuantar de lugar.*
Abligurio,is,iui. *Por gaſtar la hazienda en goloſinas.*
Abliguritio,onis. *Por aquel gaſto en goloſinas.*
Abloco,as,aui. *Por quitar & apartar de lugar.*
Ablocatio,nis. *Por aquella obra de apartar de lugar.*
✥Abloco,as,aui.pro eo qđ procul loco. *Alquilar lexos.*
Abluo,is,lui,utum.pro eo quod eſt lauo as.
Ablutio,onis. *Por aquella obra de lauar.*
Abmatertera,æ. *Por la hermana de quarta abuela.*
Abnego,as,aui. *Por negar echando ſobre ſi maldiciones.*
Abnegatio,nis. *Por aquella obra de negar aſsi.*
✥Abnegare,etiam dicitur,id negare quod maximè cõfitendum eſt.
Abnepos,otis. *Por el quarto nieto,o nieto de nieto.*
Abneptis,is. *Por la quarta nieta,o nieta del nieto.*
Abnormis,e.ſiue enormis,e. *Por coſa fuera de regla.*
Abnormitas,tis.ſiue enormitas, atis. *Aquella irregularidad.*
Abnuto,as,aui.frequẽtatiuũ ab eo qđ eſt abnuo,is.
Abnutio,is.ſiue Abnutus us. *Por aquella obra de negar.*
Abnutiuus,dixit iuriſc.pro eo quod eſt negatiuus.
✥Abnuentia,æ.pro eo quod eſt abnutio,ſiue Abnutus dicitur.
Aboleo,es,lui,vel eui,etum,vel itũ. *Por raer, o quitar.*
Aboleſco.is,lui. *Por deſacoſtumbrarſe.* Abſolutum.
Abolefacio,is *Por raer,o deſacoſtumbrar.* Actiuum.
Abola,æ. *Veſtidura enforrada y pompoſa de nobles.*
Abomáſum. *El quarto vientre delos animales que rumiã.*
Abominor,aris. *Por deteſtar,maldezir,y mal agorar.*
Abomino,as.antiqui dicebant pro eo quod eſt abominor,aris.
Abominatus,a,ũ.ab eo quod eſt abomino,as.Hora.
Abominatus,apud Chriſtianos idẽ quod ex comunicatus,vel ſacris interdictus. *Deſcomulgado.*
Abominabilis,pro eo quod eſt execrabilis & deteſtabilis.
Abominatio.nis. *Aquella obra de abominar y maldezir.*
Abordior,iris,orſus. *Por de comienço mal ordir.*
Aborſus,us.pro fœtus effluxione Græce ectroſmos dicta..

✥Aborſus,,.

✥Aborſus, dicitur qui eſt primis menſibus & in exordio conceptus.
✥Abortus vero, cum tempus pariendi prope eſt.
Abortiuũ quoq; dicitur quod abortũ facere poteſt.
Aborior, iris. *Por nacer la criatura ſin tiempo.*
Abortio, is, iui. *Por mal parir la muger y ſin tiempo.*
Abortio, nis. ſiue Abortiũ, ij. *Aquella obra de mal parir.*
Abortus ſiue abortiuus, a, um. *La criatura mal parida.*
Aborto, as, aui. frequent. ab ab[orior], is. *Por mal parir*
Abpatruus, ui. *Por el harmano de mi quarto abuelo.*
Abra, as. interp. ancilla ſiue mulier domũ frequẽtãs.
Abrado, is, raſum. *Por raer de alguna coſa.*
✥Abradere. n. (aut Donato) eſt ꝑ vim aliquid auferre
Ab re dicimus, ꝓ eo quod eſt præter ré & ſine cauſa.
Abrenuncio, as, aui. ꝓ eo quod eſt renuere ſiue abominari.
Abripio, is, pui. reptum. *Por arrebatar de alguna coſa.*
Abrobios, u. ſiue Abrodietos, u. interp. mollis & delicatus.
Abrochia, as. interp. ſiccitas, atis.
Abros, eſt mollis, ſiue delicatus, ſiue glorioſus.
Abrotes, etos, interp. molliciæ ſiue deliciæ.
Abrogo, as, aui. *Por quitar la ley que eſta enel vſo.*
Abrogatio, nis. *Por aquella obra de quitar la tal ley.*
Abrogare magriſtratum. *Renunciar la diguidad o officio.*
Abrogare, ſimpliciter ꝓ eo ꝙ eſt tollere. l. detrahere
Abrotonũ ſiue Abrotonus. *Por la yerua lombriguera.*
✥Abrotonium oleum. *Por azeyte deſta meſma yerua.*
✥Abrotonites vinum, ex abrotono herba conditum.
Abrumpo, is, abrupi. *Por quitar alguna coſa rompiendo.*
Abruptio, onis. *Por aquella obra de quitar rompiendo.*
Abruptus, a, um. *Por lugar pueſto en deſpeñadero.*
Abs, præpoſitio ſignificat retractioné, vt inquit. Feſt.
Abcedo, is, abſceſsi, abſceſſum. *Por partir de lugar.*
Abſcedo, is, abceſsi. i. pus ad ſummũ corpus erũpere
✥Abſceſſus, us. *Por ayuntamiento de humor corrupto.*
✥Abſceſſus enim latiné dicitur. g. Apoſtema, hiſ. *Botor.*
Abceſsio, nis, ſiue Abſceſſus, us. *La partida de lugar.*
Abſcido, is, abſcidi, abſciſſum. *Cortar de alguna coſa.*
Abſciſsio, onis. ab abſcido, is. *Por aqlla obra de cortar.*
Abſcondo, is, di, ſum. vel itum. *Por eſconder.*
Abſconſio, onis. ſiue Abſconditus, us. *Aquel eſconder.*
Abſens, tis. participiũ ab absum, es. *Por coſa auſente.*
Abſentia, æ. *Por aquella obra de eſtar auſente.*
Abſentio, tis, ſenſi, ſensum. *Diſcordar en ſentencia.*
Abſentio, onis. *Por aquella diſcordia en la ſentencia.*
Abſilio, is, abſilui, ſultum. *Por ſaltar de lugar.*
Abſultus, us. *Por aquella obra de ſaltar de lugar.*
Abſimilo, as, ſiue Abſimulo, as. *Deſſemejar, Actiuum.*
Abſimulatio, onis. *Por aquella obra de deſſemejar.*
Abſimilis, e. *Por coſa deſſemejante de otra coſa.*
Abſimilitudo, inis. *Por aquella deſſemejança de coſas.*
Abſinthium, ij. herba nota. Hiſpani vocãt. *Encenſios.*
✥Abſinthium marinũ ſiue Seriphium, à loco dictũ eſt.
✥Abſinthius, a, um. pro amarus, a, um. accipitur.
✥Abſinthiã namq; terram, pro amara dixit Lucretius.
Abſinthites vinum. *Por vino adobado con encenſios.*
Abſis, idos. interpretatur fornix, ſiue arcꝰ curuatura.
Abſis, ab aſtrologis dicitur circuli pars altior á cẽtro
Abſiſto, is, ſtiti. *Por alexarſe de algun lugar.*
Abſoleo, es. vel Abſoleſco, is. *Deſacoſtũbrarſe.* Abol·
Abſolefacio, is, abſolefeci. *Por deſacoſtũbrar a otro.*
Abſoluo, is, abſolui, utum. *Por deſatar lo atado.*
Abſolutio, onis. *Por aquella obra de deſatar lo atado.*
Abſoluo, is, abſolui *Por acabar alguna obra.*
Abſolutio, onis. *Aquella obra de acabar alguna coſa.*
✥Abſolutorius, a, um. pro eo quod eſt res quę abſoluere poteſt.
Abſolutoria tabella. *Para abſoluer en juizio al reo.*
Abſono, as. abſonui. pro eo qđ diſſono ſiue diſcordo
Abſonus, a, um. pro male ſonans ſiue diſcordans.
‡Abſonum enim quaſi ſine ſono interp. Nonius.
Abſonantia, æ. *Por aquella diſſonancia, o diſcordia.*
Abſorbeo, es, bui. vel abſorpſi, ptum. *Por ſoruer.*
✥Abſorbere moleſtiam, prouerbium, pro diſsimulanter perferre.
Abſq; prępoſitio ablatiuo deſeruiens, pro eo quod ſine.
Abſtemius, ij. ab abſq;, & temeto. i. vino, *El aguado.*
✥Abſtenti, à diuo Cypriano dicuntur excõmunicati.
Abſtergeo, es. ſiue Abſtergo, is, abſterſi. *Por alimpiar.*
Abſterſiua medicamenta. i. mundificatiua. g. Smetica
Abſterſio, onis. *Por aquella obra de alimpiar.*
Abſterreo, es, abſterrui. *Por eſpantar de algun lugar.*
Abſtineo, es, nui. *Por ſe refrenar de tomar lo ageno.*
Abſtinentia, æ. *Por aquel refrenamiento de lo ageno.*
Abſto, as, abſtiti, itũ vel atũ. *Eſtar lexos de alguna coſa.*
Abſtollo, is, abſtuli, ablatum. *Por tomar de lugar.*
Abſtraho, is, abſtraxi, ctum. *Por tomar por fuerça.*
Abſtractio, nis. *Aquella obra de tomar por fuerça.*
Abſtrudo, is, ſtruſi, ſtruſum. *Por encerrar por fuerça.*
Abſtruſio, onis. *Aquella obra de encerrar por fuerça.*
Abſtuli præteritum, ab eo quod eſt aufero aufert.
Abſum, abes, abfui. *Por eſtar abſente de lugar alguno.*
Abſumo, is, abſumpſi. *Por gaſtar en mala parte.*
Abſumptio, onis. *Por aquella obra de mal gaſtar.*
Abſurdus, a, um. *Por coſa digna de no ſer oyda.*
Abſurditas, atis. *Por aquella indignidad de tal coſa.*
Abulia, as. interpretatur temeritas conſilio aduerſa.
Abundo, as, aui. *Por abundar y ſer copioſo.*
Abundus, a, um, *Por coſa abundante, rica y copioſa.*
Abunde & abundanter aduerbia. *Por copioſamente.*
Abundantia, æ. *Aquella obra de abundar y ſer copioſo.*
Abuolo, as, aui. *Por bolar de algun lugar.*
Abutor, eris, abuſus. *Por vſar mal de alguna coſa.*
Abuto, is. antiqui dicebant pro eo ꝙ eſt abutor, eris
Abuſus, a, um. paſsiué ab eo quod eſt abuto, is.
Abuſio, onis. ſiue Abuſus, us. *Por la obra de mal vſar.*
✥Abuſio enim græce catachriſis dicitur.
✥Abuſq;, pro eo quod eſt vſque ab, vel vſq; ad dicitur. *Dende.*
✥Abuſq;, id eſt, vſq, ad. *Por haſta.*

A ANTE C.

Ac,coniunctio copulatiua pro &,atq;,q;,& ſimilia.
Ac,aliquãdo pro quàm,vt,Nunquã æquè ac modò.
✥Acacia frutex eſt ſpinoſus,Aegypto familiaris.
✥Acalis,idis,fructus eſt Aegypti fruticis cuiuſdam.
Acacia,æ.interpretatur innocentia & ſimplicitas.
Platage, inſula eadem quæ Patagæ. Vulgo *Mergone*.
Platamodes, locus eſt in Peloponneſo. Strab. lib. 8.
Plataniſtrum, eſt opp. Pamphyliæ. Pli. lib. 5. cap. 27.
Plataniſtus, vrbis promont. eſt Elidis. Pl. li. 4. ca. 5.
‡Platanodes, Achaiæ promontorium.
‡Platanos, vrbs Phœniciæ: gentile Platanæus. Steph
Platea inſula eſt vna è Cycladibus quam poſtea Paron & Minoida appellarunt. Plin. Vulgo *Pario*.
Platea, inſula eſt Africę, oppoſita ad Cyrenem. Her. lib. 4.
Plateæ, ciuitas eſt Bœotiæ in Achaia. Strab. lib. 9.
Plateæ, inſulæ tres ſunt contra Troadẽ. Pli. li. 5. c. 3.
Plateænſis, à Plateis. Trog. lib. 3. Herod. lib. 7 & 8.
✤Plato, philoſophus ab humerorum latitude dictus.
✤Plato, natus Athenis eo die quo apud Delõ Appollo
✤Plato alter, Athenienſis poeta tẽpore Ariſtophanis & Eupolis, cuius fabulas commemorat Suidas.
✤Plato itẽ, Rhodius philoſophus diſcipulus Panætij Diog. Laert.
✤Plato, philoſophus peripateticus de Ariſtotelis ludo. Diog. Laert.
✤Plato præterea, Praxiphanis diſcipulus Diogeni.
✤Platonicus, a, um. quod Platonis eſt.
✤Plautius, poeta comicus cuius meminit poſt Varronem. Gell. lib. 3. cap. 3.
✤Plautus, poeta comicus, ſic à pedũ planicie dictus.
✤Plautinus, a, um. à Plauto vel quod Plauti eſt.
✤Plaxaura, nympha fuit Oceani et Tethyos filia. Heſ.
Plegra, ciuitas eſt Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.
✤Pleias, dicta eſt Maia, ſeptem Pleiadũ ſplẽdidiſsima.
✤Pleiades ſeptẽ ſorores fuere Lycurgi filię ex Naxo inſula.
✤Pleiades, quia Liberum educauerunt, à Ioue inter ſydera relatæ fuiſſe dicuntur.
✤Peleiadum nomina ſunt, Electra, Halcione, Celæno, Merope, Sterope, Taygeta, Maia.
✤Pleiades, dictæ à verni temporis ſignificatione quo oriuntur: Latinè Vergiliæ.
✤Pleione, nympha Oceani & Tethyos filia, Atlantis vxor, à qua Pleiades ſuſcepit.
Plemmyrium, op. eſt Siciliæ contra Ortygiam. Ver. Vulgo *Cabo Maſſa vluieri*.
Plemmyrium, idem ſignificat quod vndoſum. Seru. in. 3. Aeneid.
Pleumaris, ciu. eſt Põti Galatici in Cappadocia. Pt.
Pleumoſij, pop. ſunt Gallię Belgicę. Vulg. *Los de Cortray en Flandes*.
Pleuron, ciuitas eſt Aetolię Maleagri patria. Pl. li. 4
Pleuronius, a, um. vt Pleuronius Agmó. Oui. li. 14.
Pleutauri, populi ſunt Hiſpaniæ citerioris. Stra. li. 3.
Plinienſes, populi ſunt Piceni in Italia. Pli. lib. 3.
✤Plinius Secundus Veronẽſis, temporibus Veſpaſiani vixit, cuius negocia adminiſtrabat.
Plinthina, præfectura eſt in Marmarica Aegypto. Pt.
✤Pliſthenes, Pelopis fuit ex Hippodamia filius.
‡Pliſtarchia, vrbs Cariæ: gentile Pliſtarchites. Steph.
Plotæ, ſunt inſulę quæ alio nomine dicũtur Strophades. Vulgo *Striuali*.
Plotæ, inſulæ ſunt quæ alio nomine Aeoliæ.
‡Plothia, vicus in tribu Aegeide. Steph.
✤Plotina, Traiani Cęſaris coniunx, probitate & ſanctitate aliiſq; virtutibus inſignis.
✤Plotinus, philoſophus Platonicus, Aegyptius natiõne, præceptor Porphyrij fuit. Suid.
✤Plotius Gallus patria Lugdunẽſis dicendi pceptor. Cic.
Plubium, ciuitas eſt Sardinię inſulæ. Ptol.
Pluualia, inſula eſt vna ex Canarijs. Ptol.
✤Plutarchus, Cherſonẽſis hiſtoricus, Traiani tẽporibus, vir multiiuga eruditione mirabilis.
✤Plutarchus alter, Neſtorij filius pręceptor Syriani, tempore Iuliani principis. Suid.
✤Pluto, Saturni fuit filius ex ope coniuge qui & Dis dicitur, frater Iouis atq; Neptuni.
✤Pluto, à poëtis Inferorum rex fingitur.
✤Plutonius, a, um. Horat. Et domus exilis Plutonia.
Plutones, populi ſunt Scythiæ. Diod. lib. 3.
‡Pluuicus, flu. Venetiæ. Vulgo *Piouico*.
Plynus, portus eſt in Africa in ora maris noſtri. He.

P ANTE N.

Pnigeus, villa eſt Aegypti in præfectura Libyca. Pt.
‡Pnyx, forum ſiue locus iudicij Athenis. Steph.

P ANTE O.

✤Podalirius, filius fuit Aeſculapij & frater Machaõis.
✤Podalirius, Itali cuiuſdam nomẽ. Verg. li. 12. Aenei.
Podalia, ciuitas eſt Myliadis regionis Lyciæ. Ptol.
✤Podarge, vna fuit Harpyiarum.
Pœeſſa, opp. fuit Cee inſulæ: ciuis Pœẽſſius. Steph.
✤Pœan, Philoctetis pater, vnde Philoctetes Pœãtius.
✤Pœcilaſiũ, ciu. eſt Cretę inſulę Ptol. Vulgo *Peulalo*.
✤Pœcile, porticus Athenis in qua Stoici philoſophabantur. Pli. lib. 35. cap. 9.
✤Pœcile, quoq; porticus fuit in Elide, quæ heptaphonos dicta, quia ſepties vox in ea reddebatur. Pl. lib. 35. cap. 9.
Pœdicum, opp. eſt Norici. Ptol. Vulgo *Paſſau*.
Pœdici ſiue Pediculi populi ſunt Italiæ.
Pœẽſſa. prius dicta q̃ poſtea Rhodus. Pli. li. 5. Vul. *Rodas*.
Pœni, populi Aſiæ qui in exercitu Xerxis erãt. Her.
Pœnicus, a, ũ. p Punicus, a, ũ. Varr. Pœnica lingua.
Pœninus, mõs eſt Italię. Vul. *Mõte mayor de S. Bernardo*.
Pœnius, lacus eſt iuxta Padum. Ptol.
✤Pœni, quaſi Phœni quia à Phœnicibus orti. Seru.
✤Pœnus, a, ũ. Stat. Pœnos Bagrada ſerpit inter agros.
Pœnus, a, um. differt à Punicus & Pœnicus.
Pœones, populi ſunt Macedoniæ omnibus.
Pœonia quoque, regio eſt Macedoniæ finitima.

Pœones, populi ſunt Thraciæ. Herod. lib. 7.
Pogla, ciuitas eſt Carbaliæ in Pamphilia. Ptol.
Pola, ciuitas eſt Iſtriæ Romanorum colonia, à Colchis condita. Plinio. Pietas Iulia dicitur.
✤Polaticus ſinus, eſt iuxta Polam Iſtriæ ciuitaté. Vulgo *Golfo de carner*.
✤Polemó, Athenienſis philoſophus, prima adoleſcentia laſciuus, poſtea ex Xenocratis oratióe pudicus
✤Polemó Helladicus, hiſtoricus Panetij diſcipul⁹. Sui.
✤Polemon alius, è Laodicæa Cariæ, Smyrnæ vixit ac præcepit.
Polemoniacus Pontus, regio eſt Cappadociæ. Ptol.
Polæmonium, ciui. eſt Pôti in Cappadocia. Ptol.
Polæmonium, ciu. eſt Póti in Cappadocia. Ptol. Vulgo *Leona*: gentile Polemonieus.
Polendos, inſula eſt prope Thraciã Cherſonneſum.
✤Polites, Priami fili⁹ ex Hecuba, qué Pyrrh⁹ interfecit
Polentia, opp. eſt Liguriæ ad Apenninum. Pto. Vul. *Palinxa*.
✤Polla, vxor Lucani poëtæ. Stat. 2. Syl.
Pollentia, ciuitas eſt in maiori. Baleari. Ptol.
✤Pollentia, dea potentiæ quæ à Romanis colebatur.
Pollentini, populi ſunt in Piceno. Pli. lib. 3.
Pollentinus, a, um. Claud. Iam Pollentini tenuatus funere campi.
✤Pollex, viri proprium Ciceroni ad Atticum. lib. 13.
Polluſtini. pop. fuerũt Latij qui interierunt. Pli. li. 3.
Pollux filius fuit Iouis & Ledę, frater Caſtoris.
✤Pollux Iulius, Naucratita, grammaticus fuit ſub Cõmodo principe, ſcripſit Onomaſticon. Suid.
‡Polus, Agrigentinus ſophiſta, Gorgæ auditor. Suid.
Polyandus, ciuitas eſt Armeniæ minoris. Ptol.
‡Polyara, vrbs Cariæ: ciuis Polyaræus. Steph.
Polybij, inſula eſt adiacens Arabiæ fœlici. Ptol.
✤Polybius, hiſtoricus ex Megalopoli Arcadię ciuitate
✤Polycarpus, viri ꝓpriũ, quaſi multi fruct⁹, vel fructuoſus.
✤Polycaſte, filia fuit Neſtoris.
Polychna, ciuitas eſt in Attica. Strab.
Polychnæi, populi ſunt Aeolidis. Pli. lib. 5. cap. 30.
Polychnitani, pop ſunt Cretæ inſulæ. Herod. lib 7.
✤Polycletus, ſtatuarius inſignis. Quintilian.
✤Polycrates, tyranni proprium in Samo inſula ab Oronte Perſarum ſatrape ſuſpenſus. Strab.
✤Policrates, Epheſiorũ præſul tépore Seueri principis
✤Polydamas, Troian⁹ Pãthoi filius, Hectoris æqualis.
✤Polydectes, Magnetis filius rex Serephi inſulæ. Oui.
✤Polydora, nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod.
✤Polydora, inſula eſt Propontidis. Plin. lib. 6. cap. 32.
✤Polydorus, pen. pro. Latinè ſignificat multa donans.
✤Polydorus, Priami filius qué Polymneſtor interfecit.
✤Polydorus alius, Priami filius, ex Laothoë Altai regis filia, quem Achilles interemit.
‡Polydoreus. a, um. Oui. Et Polydoreo mananté ſanguine terrã.
Polyægos, inſula eſt vna è Cycladibus. Pli. lib. 4. ca. 12. Vulgo. *Policandro*.
✤Polyænus Sardianus, temporibus Cęſaris dictatoris.
✤Polyęnus alter, genere Macedo, q de Thebis ſcripſit.
✤Polygnotus, pictor antiquiſsimus, primus mulieres lucida veſte pinxit. Plin. lib. 35. cap. 9.
✤Polyphiſtor, Appion appellatus fuit quaſi multiſcius Gell. lib. 5. cap. 14.
Polymedia, opp. fuit Aeolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.
✤Polymneſtor, rex Thracũ qui Polydorum filiũ Priami auri cupiditate interfecit. Verg.
✤Polymnia, vna ex Muſis, aliqui legunt Polyhymnia.
✤Polynices, Oedipi Thebano. regis fi. Eteoclis frater
✤Polyphemus, Cyclops Neptuni filius. Hom. in Ody.
‡Polypoduſa, inſu. Cnidiæ: gẽtile Polypoduſæus. Ste.
✤Polypœtes, filius Pirithoi & Hippodamiæ. Homero. Iliad. 12.
Polyrrhenia, opp. eſt Cretæ mediterraneum. Ptol.
‡Polyſtephanos, olim dicebatur Tyburs Italię vrbs. Steph.
Polyſtephanum, ciuitas eſt in Italia. Strab.
✤Polytes, Priami fili⁹ ex Hecuba, à Pyrrho interfectus
Polytori. opp. fuit in Latio quod interijt Pl. li. 3. c. 5
✤Polyxena, Priami filia formoſiſs. ex Hecuba cõiuge.
✤Polyxenius, a, ũ. vt Cędes Polyxenia. Catull. in Arg.
✤Polyxenus inter Gręcorum duces numeratur. Hom. Iliad. 2.
✤Polyxo, us. vna Amazonũ & Apollinis vates. Stat. 5. Theb.
✤Polyxo, Tlepolemi vxor, ad quã Helena cõfugit. Ste.
✤Polyzelus, poeta comicus, cui⁹ fabu. enumerat. Sui.
Pometia, opp. eſt Latij quod interijt. Pli. li. 3. ca. 5.
Pometinus, a, ũ. Cat. Apud Priſcos (inq̃t) Pometinis.
✤Pomona, dea fuit pomorũ, ſicut Mellona dea mellis.
✤Pompeij, pop. dicuntur, quos Sarnus amnis abluit.
✤Pompeianum, i. prædium circa Pompeios. Colum.
Pompeij, ciuitas Cãpanię nõ procul à Puteolis. Põp.
Pompei trophea, locus Hiſpaniæ apud Iberum.
Pompeiopolis, ciuitas eſt Ciliciæ, quæ prius Soloë.
Pompeiopolis, ciuitas eſt Hiſpanię. Ptol. Vulgo *Pamplona*. caput regni Nauarræ.
Pompelonenſes, ciues Pompeiopolis huius.
Pompeiopolis, ciuitas quæ prius Eupatoria Plin.
Pompeiopolis, quę prius Heliopolis, eſt in Cilicia.
✤Q. Pompeius, cõtra Numantinos miſſus, ab eis ſuperatus, ignominioſam pacem fecit. Florus.
✤Cn. Pompeius, magni Pompei pater. Strab.
✤Cn. Pompeius, eius filius qui Iarbam regem cepit, quare magnus ab exercitu ſalutatus eſt.
✤Pompeij, eius filij apud Mundam à Cæſare in Hiſpania alter in Sicilia ab Auguſto victi.
✤Sext. Põpeius, vir prætorius, ſub quo Valerius Maximus militauit, qué Ouidius pluribus locis laudat.
✤Q. Pompeius Rufus, Syllæ è filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numantio Planco, Miloni aduerſiſsimus.
✤Q. Pompeius, qui Bithynicus dictus, ſummo dicendi ſtudio multaq́; doctrina valuit. Cic.
✤Pompeianus, a, um. vt Triumphi Pompeiani. Lucan. lib. 3.
✤Pompilius, ſecundus Rom. rex, qui & Numa dictus.
✤Pomponia, mater Scipionis, q̃ alijs Pompeia dicitur
Pomponiana, inſula eſt vna è Stœchadibus. Plin.

✤Pompo-

✥Pomponius Atticus,nobilis eques Romanus,Ciceronis amicus, vnde Atticus Cic.appellatus.
Pomponij,quoq; duo fuere Ciceronis tempore,quorum alter, (ait Sol.
✥L.Pomponius Bononienſis, quem nunquam ructaſſe.
✥Cn.Pomponius,orator acerbus in dicẽdo Ci.in ora.
✥Pomponius Secundus, tragicus tempore Quint.
✥Pomponius Iuriſcõſultus,ex Pãdectarũ libris notiſſ.
✥Põponius Mela, inſigni opere de ſitu orbis clariſs.
Poneropolis,ciuitas eſt Thraciæ.Pli.li.4.cap.11.
Ponteris,ciuitas eſt Aethiopiæ ſub Aegypto. Ptol.
Pontia,inſula eſt adiacens Africæ.Ptol.
Pontiæ,inſulæ ſunt in mari Tuſco.Pli.li.3.cap.6.
Pontia,inſula adiacẽs Italiæ cõtra Veliã,Vul. *Põza.*
✥Pontia,vrbs ad quam pontonibus traijciebatur.
✥Ponticus,poëta quidam qui de bello Thebano ſcripſit.Prop.
Pontificenſe,quod Obulco,opp.eſt Bęticæ.Pli.li.3. Vulgo *Vbeda.*
Põtina,palus in Italia,cãpus poſtea à Cethego Coſ. factus eſt.Vulgo *Li Maruti.*
✥Pontinus,vir laborum,periculorum,conſiliorum Ciceronis ſocius.
✥Pontus,Nerei filius & Neptuni Euſeb.li.1.de pręp.
‡ Pontus, propriè appellatur, quod à palude Mæotidis in Tenedum vſq; protenditur.
Pontus & Bithynia,regio in Aſia minori,à Põto rege
Pontus Galaticus,regio eſt Cappadociæ.Ptol.
Pontus Polemoniacus,regio eſt quoq; Cappadocię.
Pontus Euxinus,mare eſt quod nũc nautæ mare magnum vocant.Vulgo *Mar mayor.*
Pontici,pop.ſunt Ponti accolæ.
✥Ponticus,a,um.vt Ponticum abſynthium apud Col.
‡ Popanium,vrbs Tyrrhenorum. Ariſt.in Mirabilib.
✥Popilij,diuerſi à Pompilijs legũtur,quorũ princeps M.Popilius.Cic.in Bruto.
✥Popilius,legatus ad Antiochũ, qui Ptolemæũ regẽ Romani populi amicum obſederat.Liu.lib.45.
Popilius Lanatus,qui Ciceronẽ patronum ſuum in cauſa capitis occidit.Val.Max.
Populonia,ciuitas eſt Hetruriæ iuxta Piſas. Vulgo *Piombino.*
Populonienſis,e. Liuius populoniẽſes ferrum,Tarquinienſes lintea,&c.
✥Populonium,Tuſcorum promontorium.Ptol.Vul. *Cabo Campana* alijs *Puerto Baratto.*
Porata,flu.eſt in Iſtrum defluens.Herod.lib.4.
✥Portia,nomen mulieris Romanæ.
Porcifera,flu.eſt Liguriæ.Pl.l.3.c.5. Vul *Pozzeuera*
✥Porcius,cognomen fuit Catonis Cenſorini, tractũ à porco.Varro.
‡ Pordoſolene,inſula iuxta Leſbum.Steph.
Poritus,flu.eſt Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Poroliſſum,op.eſt in Dacia.Ptol.
Poroſelene,inſula eſt cum oppido prope Epheſum. Plin.lib.5.
✥Porphyrion,gigantis cuiuſdam nomen.Claud.
✥Porphyrion,viri proprium,qui in Horatium cõmentatus eſt.
✥Porphyrione,inſula eſt in Propontide ante Cyzicũ Plin.lib.5.cap.vltimo.
✥Porphyris,inſula in ſinu Laconico quæ poſtea Cythera.Plin.lib.4.cap.12.Vulgo *Cerigo.*
Porphyris,inſula prius dicta quę poſtea Niſiros.Pl. lib.5.cap.31.Vulgo *Niſaro.*
Porphyris,inſ.prius dicta q̃ poſtea Scyros.Vul. *Sciro*
Porphyrius,mons eſt in Aegypto.Pt.
✥Porphyrius,philoſophus Tyrius,priꝰ Malchus deinde ob veſtem regiam purpuream Porphyrius.
Porſena,rex Hetruriæ, qui Romam vrbem obſedit.
Porta Auguſta,ciuitas eſt Hiſpaniæ.Ptolem. Vulgo *Torquemada.*
Portacra,ciuitas eſt in Taurica Cherſonneſo. Ptol.
Portę Romæ,Trigemina, Saturnia, Carmentalis,& Mugonia.
Portæ montis Tauri, Armeniæ,Caſpiæ,Ciciliæ.
‡ Porthmia,vicꝰ ãte oſtiũ Męotidis:gẽtile Porthmięus
Portmos,i.fretum,opp.eſt Eubœę inſulæ.Pl.lib.4.
Porthmos,propriè dicitur fretum Calpes.Pl.Vulg. *Eſtrecho de Gibraltar.*
Portunata,inſula eſt cũ oppido in Illyrico.Pli.li.3.
✥Portunus,deus marinus,ſic à portubus quibus præeſt dictus.
‡ Portunalia,ſunt dies Portuno dicati.
Portopana,ciuitas eſt Perſidis.Ptol. (li.4.
Portus Appollinis Phæſtij,eſt in locris Ozolis.Pli.
Portus Annibalis,eſt in Hiſpania citeriori.Pom.li. 3.cap.1.Vulgo *Albor.* (*Puerto fino.*
Portus Delphini,eſt in liguria.Pli.3. cap. 5. Vulgo
Portus dulcis,eſt in Epiro.Strab.lib.7.
Portus Herculis,eſt in littore Brutio.Pli li.3. ca.5. Vulgo *Puerto de Ercole enla Toſcana.*
Portus magnus,eſt in Hiſpania.Pto.Vul. *Albuferetta.*
Portus magnus,eſt in Mauritania Cæſarienſi. Ptol.
Portus Mneſthei,eſt in Bętica.Str.li.3.Vulgo *Puerto de.S.Maria.*
Portus mulierũ, eſt in Thracia prope Boſphorum.
‡ Portus Naonis,op.Carnorũ in Italia.Vul. *Pordeno.*
Portus profundus,eſt in Bœotia.Strab.li.9.
Portus ſacer,eſt in Bœotia. Strab.lib.eodem.
Portus ſenum,eſt in Thracia. Pli.
Portus Veneris,eſt in Pyrenæo iuxta illius templũ Pomp.Vulgo *Puerto Vendres.*
✥Porus,rex Indiæ fuit quẽ Alexander deuicit. Curt.
Poruſij,populi ſunt Mauritaniæ.Plin.
Poſidæus,canalis ad Alexandriam.Solin.
✥Poſidippus Caſandreus comicus,docuit triginta fabulas.Suid.
Poſidium,ciuitas eſt Theſprotorum in Epiro.Ptol.
Poſidium.opp.eſt Syriæ regionis Ptol.Vulgo *Pualo.*
Poſidium,opp.eſt Ponti & Bithyniæ.Ptol.
Poſidium,opp.eſt Phthiotidis in Macedonia. Ptol.
Poſidium,opp.eſt Carphathi inſulæ.Ptol.
Poſidium,promont.eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.

Poſidium, opp. eſt Chij inſulæ. Ptol.
Poſidium, ſiue Neptunium, lucus eſt in Peloponneſo. Strabo. lib. 8.
Poſidium, opp. eſt Cariæ. Strab. lib. 14.
‡ Poſidonias, olim vocabatur Troezen Peloponneſi vrbs. Vulgo *Predena*.
Poſidonia, ciui. eſt Lucaniæ. Strab. Vulgo *Policaſtro*.
✠ Poſidonius, philoſophus Apamienſis ex Syria, diſcipulus & ſucceſſor Panetij. Strab. lib. 14.
✠ Poſidonius Olbiopolita, ſcripſit poſt Polybiũ hiſtoriam. lib. 52. vſq. ad bellum Cyrenaicum. Suid.
✠ Poſidonius, Africæ præſul, Auguſtini contubernalis.
Poſſidea, ciuitas eſt in Aeolide. Plin.
✠ Poſidæum. Ioniæ promont. eſt Pomp. lib. 1.
✠ Poſthumia, Seruij Sulpitij vxor, cuius ſæpe meminit Cic. Epiſt. lib. 4.
✠ Poſthumia alia, mulier bibaciſſima de qua Catull.
✠ Poſthumius Tubero, magiſter equitũ de Volſcis triumphauit. Liuius lib. 4.
A. Poſthumius Albinus, auro a Iugurtha corruptus patriam magno damno affecit Liuius lib. 64.
✠ L. Poſthumius, a Boijs cum exercitu fuit profligatus & obtruncatus Liuius lib. 22.
✠ Poſthumus, q. & Syluius filius fuit Aeneę ex Lauinia.
Poſtigia, ciuitas eſt in Taurica Cherſonneſo. Ptol.
✠ Poſtuorta, dea erat Romanorũ q̃ futura ꝓſpiceret.
Potamus, opp. & Potamij pop. Atticæ, Pli. li. 4 ca. 7.
Potana ab Alexandro ad Indum condita. Diod.
Potentia, ciuitas eſt Piceni. Plin. lib. 3. cap. 1.
Potentia, ciuitas eſt Lucanorum in Italia. Ptol. Vulgo *Potenza en Baſilicata*.
Potentini, pop. ſunt Lucanorum in Italia. Plin. li. 5.
Potereus, fluu. Cretæ inter duas ciuitates Gnoſon & Gortynam.
Poticara, ciuitas eſt Perſidis regionis. Ptol.
Potidæa, ciuitas Macedoniæ quæ poſtea Caſſandria.
‡ Potidania, vrb s Aetoliæ: gentile Potidaniates. Ste.
Potina, fons eſt prope Thebas Bœotias. Stra.
Potina op. eſt Bœotiæ, ex quo Glaucus fuit & a quo Potinæus dictus. Steph.
‡ Potina, dea quam veteres a potando dixerunt.
✠ Potitius & Pinarius, ſacerdotes fuerunt Herculis, à quibus
✠ Potitiorũ, & Pinariorũ familiæ genus nomẽ habẽt.
Potnia vrbs in Bœotia, non longe à Thebis.
Potneoficus, a, ũ. Pli. li. 36. Potneoficæ et Rauennæ.
Potnias, adis. Verg. Potniades malis mẽbra abſumpſere quadrigis.

P ANTE R.

‡ Praaſpa, vrbs Atropatænæ: gentile Praaſpenus. Ste.
Pracana, ciuitas eſt Sarmatiæ in Europa.
✠ Practius, ciuitas Ponti quæ Troianis auxilia miſit.
Pradium, ciuitas eſt Galatiæ. Ptol.
Prægutij, pop. Italię qui Marſis magis oriẽtales ſunt Hodie Præcutini.
Præneſte, oppidum eſt Latij mediterraneum. Vulgo *Paleſtrina*.
Prœneſtini, po. ſũt Prœneſtes incolę. Ci. 2. de diuina.
✠ Prœneſtinus, a, ũ. poſſeſſi. vt, Prœneſtinę bra ctęq. Pli.
Prænuſſum, opp. eſt in Italia. Strab. lib. 5.
Præpeniſſus, ciu. eſt Mediterranea Myſiæ ſuperioris.
Præpeſinthus, inſula eſt vna è Cycladibus. Pli. lib. 4. cap. 12.
‡ Præſus, vrbs Cretæ, gentile Præſius & Præſus. Ste.
Prætoria Auguſta, ciuitas eſt in Dacia. Ptol.
Prætorium, opp. eſt Pannoniæ ſuperioris Ptol.
Pretannice, a Gręcis dicitur, q̃ nos Britanniã appellamus.
Prætutium, opp. eſt in Piceno. Ptol.
Prætuciana, regio in eodem Piceno.
Prętuciũ, an Pręcutium vel Pręgutiũ dicatur, vide.
Prætutius, an Præcutius, a, um. Sill. Domitat Prætutia pubes.
✠ Pras, vrbs Perrhæbiæ, gentile Prantes. Steph
Praſi, ciuitas eſt in Attica regione. Stra. lib. 9.
Praſias, palus eſt Pæoniæ. Herod. li. 5.
Praſidium, ciuitas eſt Thraciæ. Ptol.
Praſij, populi ſunt Indiæ. Pli. lib. 6. cap. 18.
Praſſum, promont. eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.
Praſum, opp. eſt Cretæ. Strab. lib. 10.
Praſij, pop. ſunt eiuſdem Cretæ. Strab.
Pratoſa, ciuitas eſt in Peloponneſo. Strab.
Pranſi, pop. ſunt in Gallia Narbonenſi.
‡ Praxaſpes, Perſa nobilis qui Smerdim Cambiſæ fratrem occidit Herod. lib. 3.
‡ Praxidice, nympha ex Tremilete filium habuit Cragum, qui Lyciæ monti nomen dedit. Steph.
‡ Praxilus, vrbs Macedoniæ gentile Praxilius. Steph.
✠ Praxiteles, ſtatuarius marmore nobilitatus duplici Venere, Gnidia & Coa. Pli. lib. 36.
Præciani, pop. ſunt Aquitaniæ. Cæſ. de bel. Gall.
✠ Precius, lacus eſt Ciceroni pro Milone.
✠ Priamus, rex Troiæ Laomedontis regis Troianorũ filius, a Pyrrho prope aram Iouis occiſus.
✠ Priamus alius, Politis filius ſuperioris nepos. Verg.
✠ Priameius, a, um, 5. ſyllabarum, vt, Coniunx Priameia i. Hecuba.
Priamides, Verg. Priamidẽ laniatum corpore toto.
✠ Priapeia, carmẽ obſcœnũ, quod alij Vergilio, alij Ouidio aſcribunt.
✠ Priaponneſos, inſula eſt in ſinu Ceramico. Pli. lib. 5.
✠ Priapus, Bacchi ac Veneris filius, hortorũ deus creditus eſt.
✠ Priapus, vrbs eſt Helleſponti. Pli. lib. 5 cap. 32.
Priapus, inſula eſt contra Epheſũ. Pli. lib. 5. cap. 31.
Priene, opp. eſt Ioniæ regionis. Strab. lib. 12.
Priene, ab Amazonibus condita. Diod. lib. 4.
Prienæus, ſiue Prienenſis, res illius oppidi.
Prilles, fluuius eſt in Hetruria. Pli. li. 3. cap. 5.
Primis parua, vicus eſt Aethiopiæ Aegipti. Ptol.
Primis magna, vicus eſt quoq; Aethiopiæ Aegipti.
‡ Prinaſſus, vrbs Cariæ, gentile Prinaſſeus. Steph.
Prinoeſſa, inſula eſt inter Leucadiã & Achaiam. Pli. libro. 4.
‡ Priola, vrbs prope Heracleã, gentile Prioleus, Ste.

Prion.

Prion, flumen eſt in Arabia fœlici. Ptol.

Prion, mõs eſt in inſula Co. ꝓpe Rhodum. Pli. li. 5.

✣ Priſcianus, Cæſarienſis ſcripſit de arte grammatica.

✣ Priſcus Eluidius, ſub Nerone quæſtor Achaiam adminiſtrauit. Tacitus Probus.

Priſcus Panites genere, ſcripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam, & Attilæ. lib. 8. Suid.

Priuernum, opp. eſt mediterraneum in Latio. Ptole. Vulgo *Piperno*.

Priuernates, pôpuli ſunt in Latio. Pli. lib. 3. cap. 5.

Priuernatia via, Sil. Priuernatúq; manipulos, a Priuernates.

‡ Proana, vrbs Theſſaliæ: gentile Proanæus. Steph.

‡ Proarna, vrbs Melienſium, Incolæ Proarnij. Steph.

Probalinthos, oppidum eſt in Attica regione. Pli. li. 4. Inde probalinthius. Steph.

✣ Probus Berytius, grammaticus Romæ docuit. Suet.

✣ Procas, rex Albanorum, qui Amulium & Numitoré filios habuit. Verg. lib. 6.

✣ Prochyta, inſula eſt in ſinu Puteolano, dicta quaſi profuſa. Vulgo. *Procida*.

‡ Procle, vrbs Lydiæ: gentile Procleus. Steph.

Procli, inſula eſt deſerta, poſt Suniũ iuxta Laurion. Pauſan.

✣ Proclus Lycius, diſcipulus Syriani, philoſophus Platonicus, cuius comment. in Platonem habemus.

✣ Proclus Malleotes patria ſcripſit in ſophiſmata Diogenis, & contra Epicurum. Steph.

‡ Proclus, cognomento Proculeius, ſcripſit in Pandore fabulam Heſiodi, & alia quædam geometrica.

‡ Proclus Naucratica, qué vnum è ſuis præceptoribus fuiſſe memorat Philoſtratus.

✣ Proconueſus, inſula eſt in Propontide ante Cyzicũ Vulgo *Marmora*.

Proconneſus. opp. eſt minoris Aſiæ. Herod. lib. 6.

Proconneſius, a, um. Herod. Metrodorus Proconneſius dux ab Helleſponto.

✣ Procopi⁹, è Cęſarea Palęſtinę orator & ſophiſta ſcripſit res geſtas Iuſtiniani principis, cuius ſcriba fuit

✣ Procris, vxor fuit Cephali, Iphidis filia. Oui. 7. Met.

Procruſtes, latro inſignis in Attica regione. Plutar.

✣ Proculeius, eques fuit Romanus, Auguſti amiciſſimus. Plutarch.

✣ Proculus, cognomé eius, qui natus ſit patre peregrinante a patria procul.

Procuſe, inſula eſt circa Epheſum. Pli. lib. 5. cap. 31.

‡ Procyon, ſtella quæ & Syrius dicitur. Pl. li. 18. ca. 38.

Proërna, ciuitas eſt Theſſaliæ. Strab. lib. 9.

Prœtides, Thebarum portę ſunt, lege Aldũ in Papi.

✣ Prætides, Prœti filiæ poetarum carminibus celebratæ.

✣ Prœtus, Abantis regis Argiuorum filius, cui ſucceſſit in regno. Hom. Odyſſ. 11.

‡ Progaſca, vrbs Lydiæ: a Progaſo Melampodis filio.

✣ Progne, Pãdionis Athenienſium regis filia, q̃ Tereo Thracum regi matrimonio iúcta eſt. Ouid. 9.

Progne, inſula eſt contra Rhodum. Pli. li. 5. cap. 31.

Promariſca, ciuitas eſt Myſiæ inferioris. Ptol.

✣ Prometheus, filius Iapeti fuit & pater Deucalionis.

Promontorium album, eſt in Phœnice. Pl. li. 5. ca. 19.

Promõtoriũ Apollinis, eſt in Mauritania Cęſariẽſi.

Promontorium candidum, eſt in Africa. Sol. ca. 40.

Promontoriũ Mercurij, eſt in eadé Africa. Sol. c. 40

Promontorium ſacrum, eſt in Luſitania. Vulgo *Cabo de S. Vincente*.

✣ Promontorium Mineruæ, eſt iuxta Surrentum. Oui. 1. Metam. Vulgo *Cabo de Minerua*.

‡ Pronaſtæ, antiqui po. Bœotiæ. Steph.

‡ Propale, vrbs Siciliæ: gentile Propaleus Steph.

✣ Propertius, elegiarũ poeta, ex Meuania oppido oriundus, quod eſt in Vmbria.

Propontis, idis. mare inter Helleſpontũ & Boſphorum Thracium. Vulgo *Mar de S. Georgio*.

Propontiacus, a, um. Prop. Tulle Propontiaca qua fuit Iſthmos aqua.

Proroſtris, locus Romæ, vbi orationes laudatiuæ habebantur. Flo.

‡ Proſa dea cui ara deprecãdi gratia ꝓuiculi ab ęgro partu conſtituta eſt. Gell. lib. 15. cap. 15.

Proſelemmenitæ, pop. ſunt in Galatia. Ptol.

Proſelena, ciuitas eſt Phrygiæ minoris in Aſia ꝓpria

✣ Proſerpina, Luna dicitur Iouis ex Cerere filia, Græcis περσεφόνη, de cuius raptu Cic. in Verrem.

✣ Proſerpinam, a proſerpendo dictam aſſerit Aug. li. 7. de Ciuitate dei.

Proſoditæ, pop. ſunt Aegypti. Ptol.

Proſopites nomos, præfectura eſt in Aegypto. Pto.

Proſopitis, inſula in Delta Nili quæ vocatur Natho.

Proſoponthei. i. perſona dei. ciuitas eſt Aegypti.

‡ Proſpalta, vicus in Acamantide tribu: incola Proſpalius. Steph.

Proſtama, ciuitas eſt Piſidiæ in Pamphylia. Ptol.

Proſymna, ciuitas eſt in Peloponneſo, in qua Iuno colitur. Strab.

✣ Protagoras Abderites, philoſop. Democriti auditor

‡ Protagoras, alius aſtrologus, in qué Euphorion Epicedium ſcripſit. Diog.

‡ Protagorius, & Protagoricus, a, um, vt Protagoricum reſponſum. Cic.

Prote, inſula eſt vna è Stœchapibus. Pli. lib. 3. ca. 5.

Prote, inſula eſt ante Zacinthum. Plin, lib. 4. cap. 12 Vulgo *Prodo*. Gentile Proteus. Steph.

✣ Proteſilaus, filius Iſiphyli, vnus fuit ex Græciæ principibus. Interp. primus populi.

Proteſilai turris, & delubrũ ꝓpe Helleſpõtũ. Pl. li. 4

✣ Proteus, deus marin⁹ Oceani & Tethyos fili⁹, a quo,

✣ Proteo mutabilior, puer. in vafrũ et verſipellé Eraſ.

✣ Protenor, vnus ex Bœotiæ principibus, qui ad Troiam venerunt. Hom. lib. Iliad. 2.

✣ Prothous, vnus è Græcorum ducibus, qui ex Magneſia ad Troiam venit. Hom. Iliad. 2.

✣ Protogenes, viri prop ſignificat aliquẽ primi generis.

✣ Protogenes, pictor nobiliſſimus, cui patria fuit Caunus. Plin. lib. 35. cap. 10.

✥Protogenia, Deucalionis fuit & Pyrrhæ filia.
Protomacra, ciuitas eſt in Ponto. Ptol.
‡ Proxenupolis, vrbs iuxta Naucratiam: ciuis Proxenupolites. Steph.
Pruſa, ciuitas eſt in Ponto & Bithynia. Ptol.
Pruſa, vrbs apud Myſios ad radices Olympi, quam Pruſias condidit. Strab. lib. 12. a qua.
Pruſenſes dicti, ab altera autem Pruſienſes. Pl. Aſclepiades Pruſienenſis.
Pruſiacus, a, um. Sil. Donec Pruſiacas delatus ſegniter oras.
✥Pruſias, rex Bithyniæ apud quem Annibal exulauit poſtquã victus a Romanis depoſcebatur ad pœnas
Prymneſia, ciuitas eſt Phrygiæ magnæ. Ptol.
✥Prymno, nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod.
Prytaneum, Athenis locus in quo iudices verſabantur. Cic.
Prytaneum, in Siphno inſula eſt. Herod. lib. 3.

P ANTE S.

Pſacum, promont. eſt Cretæ inſulæ. Ptol.
Pſantate, fons eſt Bœotiæ regionis. Pli. lib. 4. cap. 7.
Pſammathus, opp. eſt Laconiæ. Plin. lib. 4. cap. 5.
✥Pſammenitus, Amaſis filius & Aegyptiorum rex Herod. lib. 3.
✥Pſammetichus, rex Aegypti cuius tẽpore. 208. Aegyptiorũ milia ad Aethiopes tranſierunt. Str. li. 16.
Pſaphara, ciuitas eſt in Macedonia.
Pſaphis, locus eſt in Attica. Strab. lib. 9.
Pſaphis, vocatur arx Zacynthi inſulæ.
Pſapos, flu. eſt Sarmatiæ Aſiaticæ. Ptol.
‡ Ptebo, regio interior quàm Aethiopia. Steph.
✥Pſecas, nympha ſatelles Dianæ. Ouid. lib. 3. Metam.
Pſelcis, ciuitas eſt Aegypti. Ptol.
‡ Pſenaco, vicus in Athribitę præfectura: incolę Pſenacœtæ. Steph.
✥Pſellus, nomẽ authoris, qui de ratione victus ſcripſit
‡ Pſentris, Aegyptius vicus. gentile Pſentrites. Steph.
‡ Pſeudariace, collis in Scythia, poſt montem qui ſanctus appellatur. Steph.
Pſeudocelis, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Pſile, inſula eſt contra Epheſum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Pſephis, opp. eſt Arcadiæ. Ptol.
Pſophis, ſic dictum a Pſophide Erycis, Sicani filio. Plin. lib. 4.
Pſophidius, a, um. res ad Pſophidem pertinens.
Pſophidius. Plin. lib. 7. mendoſe legitur Propſodius
Pſophidius quoq; legendum eſt apud Valerium nõ Sophidius.
‡ Pſuchia, inſula vna Cycladũ, quę alias Amorgos. St.
Pſychrus, flu. in terra Aſſyrtide Chalcidicum agrum præterfluens.
Pſychrus, vocatur a nimia illius frigiditate. Ariſt.
Pſylli, pop. ſunt Africæ ad Syrtim minorem. Plin.
Pſyra, inſula eſt iuxta Chium. Strabo. lib. 14. Vulgo *Pſara*.
Pſyra, inſula eſt in ſinu Ceramico. Pli. lib. 5. cap. 31.
Pſyttalia, inſula eſt ante Salaminam Atticæ. Pl. li. 4.
Pſyttalia, ciuitas eſt in Attica. Strab.

P ANTE T.

Ptelna, prius dicta eſt, quę poſtea Epheſus. Plin. li. 5 cap. 31. Vulgo *Feghe*.
Pteleon, opp. eſt Bœotiæ regionis. Plin. lib. 4. ca. 7.
Pteleon, opp. eſt Meſſeniæ in Peloponneſo. Plin.
Pteleon, nemus eſt in ſinu Pagaſæo. Plin. lib. 4.
Pteleon, opp. eſt Ioniæ prope Mimanta montem.
✥Pteria, vrbs Cappadociæ quam Cyrus expugnauit Herod. lib. 1.
Pterophoros, regio eſt iuxta Riphæos montes. Pli. lib. 4. cap. 12. vbi creduntur eſſe mundi cardines.
✥Ptolemæus, Lagi gregarij militis filius, apud Alexãdrũ maximæ authoritatis, regnauit in Aeg. an. 40
✥Ptolemæus Philadelphus, huius filius patri in regnũ ſucceſsit, conſtruxitq; bibliothecam celeberrimã
✥Ptolemęus Euergetes. i. benefic⁹, regnauit annis. 26.
✥Ptolemę⁹ Philopater. 17. annis in Aegypto regnauit
✥Ptolemæus Epiphanes, rex Aegypti fuit annis. 24.
✥Ptolemæus Philomater, annis. 25. deinde.
✥Ptolemæus Euergetes alius, viginti nouem.
✥Ptolemæus Phiton, qui & Soter annis. 17. regnans.
✥Ptolemæus Dyoniſius, qui caput magno Pompeio abſcidit.
✥Ptolemæus, Cypriorum rex, qui ſuis diuitijs Romanorum locupletauit ærarium.
✥Ptolemæorum ſeriem deſcribit. Strab. lib. 17.
✥Ptolemæus aſtrologus, natione Aegyptius, Alexandriæ profeſſus eſt, tempore Traiani Cæſ.
✥Ptolemæos quoq; ſex alios commemorat Suidas.
✥Ptolemæus, Abobi filius, Simonis ducis Iudæorũ gener. Ioſeph. (pta Phari.
✥Ptolemæus, a, um. Propert. Et Ptolemææa littoraca
Ptolemais, op. Ptolemaidis, in margine maris rubri
Ptolemais, oppidum eſt Phœnices colonia Claudij Cæſaris.
Ptolomais, opp. eſt Cyrenaicæ regionis. Pto. Vulgo *Tolomita*.
Ptolemais, opp. eſt Arabiæ. Pomp. lib. 3. cap. 8.
Ptolemais, opp. eſt in Aegypto & Aethiopia. Strab. (lib. 16.
Ptua, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Ptychia, inſula eſt prope Corcyram. Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgo. *Iſla del guido*.

P ANTE V.

✥Publicola, cognomẽ Publij Valerij qui prim⁹ cũ Bruto poſt expulſos reges Conſul declaratus eſt. Liu.
✥Publius & Laberius, poëtæ mimographi, Iulij Cæſaris familiares. Gell.
✥Publius, cognomen eius qui populo gratus fuit.
Pucialia, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Ptol.
Pucinum, caſtellum eſt Venetæ regionis. Pl. li. 3. 14
Pucinum, opp. eſt Iſtriæ mediterraneum Ptol.
✥Pucinum vinum, ab oppido Pucino in quo naſcitur Plin. lib. 14.
✥Punicus, nomen quo Carthaginenſis vocantur, vñ.
‡ Punica bella dicuntur, quæ Romani geſſere cũ Carthaginenſibus.

Punſa,

Punſa. ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
✤ Pupius, poëta Tragœdiographus cuius poëmata la chrymoſa vocauit Horat. epiſt. lib. 1.
Pupulum, ciuitas eſt Sardiniæ inſulæ. Ptol.
Pupput, an Puppud, opp. eſt Africæ prope Bizatium
Puppud, nomē in d. deſinēs p̄ actūm. protulit Priſc.
Putea, ciuitas eſt Africæ ſub Adrymitto. Ptol.
Putea, ciuitas eſt Palmyrenæ regionis Syriç. Ptol.
Puteoli, orum. ciuitas eſt in ora Campaniç. Pli. li. 3. cap. 4. Vulgo *Pozzolo*.
Puteolanus ſinus, qui adiacet, Puteolis dicitur.
Puteoli, prius, Dicæarchia, & delos minor dicta eſt.
Puticuli, genus vetuſtiſsimū eſt ſepulturæ. Feſt.
Puticuli, a Puteis dicuntur quod ibi cadauera ſepul torum putreſcerent.
Puticuli, locus erat publicus vltra Exquilias.

P ANTE Y.

‡ Pydes, vrbs & fluuius Piſidiæ: gētile Pydeſius. Step.
‡ Pyenis, vrbs Colchorum: gentile Pyenites. Steph.
Pygmæi, pop. ſunt Indiæ pomiliones. Plin. li. 7. ca. 2
Pygmæi, dicti a pygmon, onis. quod ex cubitus.
Pygmæi, vel ab eo dr̄ quod πυλόσιον. i. cubitale.
✤ Pygmæi quoq; ſunt in Thracia. Plin. lib. 4. cap. 11.
‡ Pygmalion, filius fuit Cilicis qui Paphum filiū ſuſce pit ex Eburnea matre.
Pylaceum, opp. eſt Phrygiæ magnæ. Ptol.
✤ Pylades, filius Strophij Phocenſis Oreſti amiciſsim⁹
Pylæ, arum. quæ Latine dicuntur portæ montium.
Pylæ. montes ſunt in Aethiopia Aegypti. Ptol.
‡ Pylæ, locus Arcadiæ: gentile Pyleites. Steph.
✤ Pylemenes, dux Paphlagonum ex his qui in Troia norum auxilium venerunt, a Menelao interfect⁹
✤ Pylartes, vir Troianus, ab aiace interfectus. Hom.
Pyle, es. opp. eſt in Arcadia. Plin. lib. 4 cap. 6.
Pylene, ciuitas eſt Aetoliæ. Hom. 2. Iliad.
Pylia, vrbs quā Pylij in Italiā traijcientes cōdidere.
Pylij, populi ſunt in Peloponneſo. Strab. lib. 8.
Pylos, opp eſt Elidis in Achaia. Plin. lib. 4. cap. 5.
Pylos, op. eſt Meſſeniç a Neleo cōditū. Vul. *Nauarino*
Pylius, a, um. a Pylo opp. Meſſeniæ Iuue. Rex Pylius magno.
Pynoma, inſula eſt prope Britāniā. Sol.
✤ Pyracmō, inter Cyclopes numeratur. Ver. li. 8. Aen.
✤ Pyrechmes, viri proprium cuius ſæpe meminit. Ho.
‡ Pyrca, pars Theſſaliæ a Pyra nominata. Steph.
Pyræ, opp. eſt Latij prope Formias. Pli. lib. 3. cap. 5,
Pyræi, populi fuerunt Liburniæ, Plin. lib. 3. cap. 22.
Pyræum, promont. eſt Atticæ regionis.
‡ Pyramus, adoleſcēs Babylonius qui amore Thisbes ſe interemit Ouid. lib. 1. Metam.
Pyramus, flu. eſt Ciliciæ. Pomp. lib. 1.
✤ Pyrander, quçſtor Athenienſis, a pop. ſaxis obrutus
‡ Pyranthus, vrbs parua aut vicus Cretæ iuxta Cortynem: incolæ Pyranthij. Steph.
✤ Pyraſus, vir Troianus, ab Aiace interfectus. Hom.
Pyraſus, ciuitas eſt in Theſſalia Strab. lib. 9.
✤ Pyrene, puella in Pyreneo monte ab Hercule compreſſa, hinc
Pyrenei mōtes dicti, qui diuidunt Galliā & Hiſpaniā
Pyrene, mons eſt idem qui Pyrenæus.
Pyrene, fons eſt Corinthi ſiue Acrocorinthi acris.
Pyrenis, idis. a Pyrene. Ouidi. Ephyras Pyrenidis vndas.
Pyrenæus, a, um. Luc. Iamq; Pyreneæ quas nunquā ſoluere Titan.
✤ Pyrenæus, rex Thraciæ qui Daulida vrbem Phocidis occupauit. Ouid. lib. 5. Metam.
Pyretos, flu. eſt Scithiç, in Iſtrū cadens. Hero. li. 4.
Pyretos, Græcis, indigenis autem Porata appellatur
Pyrgenſes, populi ſunt Meſſeniorum.
Pyrgi, orum. opp. eſt Hetruriæ prope Romam. Pl. li. 3. cap. 5. Vulgo. *Ciuita vecchia*.
Pyrgi, ciuitas eſt in Peloponneſo. Stra. lib. 8.
✤ Pyrgo, nomen fuit nutricis Priami. Verg. li. 5. Aen.
✤ Pyrgoteles, gēmarū ſculptor artificioſiſsimus. Pli. li. 37.
Pyrgus Euphranta, opp. eſt Syrtis magnæ. Pt.
Pyrgus, opp. eſt inſula Thera. Herod. lib. 4.
‡ Pyrnus, vrbs Cariæ: ciues Pyrnij. Steph.
✤ Pyro, nympha quædā Oceani & Tethyos filia. Heſi.
✤ Pyrodes, Cilicis filius, qui primus ex cilice ignem excuſsiſſe dicitur.
Pyrogeri, populi ſunt Thraciç. Pli. li. 4. cap. 11.
✤ Pyrois, vnus ex equis Solis, quaſi ardens.
‡ Pyronæa, vrbs Locridis a pyrone quodam. Steph.
Pyrpice, prius dicta, quæ poſtea Delos. Vulgo *Sdilos*.
✤ Pyrpile dicta, quod ibi ignis primo repertus fuerit.
✤ Pyrra, vxor fuit Deucalionis. Ouid. 1. Metam.
Pyrrha, opp. eſt Cariæ conuentus Alabandici. Plin. lib. 5. Vulgo. *Demoniari*.
Pyrrha, vrbs fuit in Lesbo inſula. Pli. li. 5. cap. 31.
Pyrrha, inſula eſt in ſinu Ceramico. Pli. li. 5. cap. 31.
Pyrrha, opp. in Phocide regione. Pli. lib. 4.
Pyrrhæi, populi ſunt harum ciuitatum incolæ.
Pyrrhæi, populi etiam ſunt finitimi Epiro.
Pyrrhæi Aethiopes, pop ſunt Lybiæ interioris. Pto.
✤ Pyrrhia, proprium mulieris apud. Horat. li. 1. Epiſt.
✤ Pyrrho, philoſophus Elidēſis, diſcipulus Anaxarchi
✤ Pyrrhonij, philoſophi dicti, quos Græci σκεπτικοὺς id eſt, conſyderatores appellant.
✤ Pyrrhus, rex Epirotarum Achillis & Deidamiæ filius fuit.
✤ Pyrrhus, latine interp. flauus ſiue rufus, vnde
✤ Pyrrhus, a capillorū qualitate vocatus eſt, cum prius Neoptolemus diceretur. Seru.
Pyrrhus, campus eſt in Mauritania Tingitanica. Pt.
Pyſtira, inſula eſt prope Smyrnam. Pli. lib. 5. cap. 31.
✤ Pythagoras, Samius philoſophus patre Demaratho
✤ Pythagoras dictus, quod vera Pythio non minus loqueretur.
✤ Pythagoræi, qui ſectam Pytagore tenet. Quint.
✤ Pythagoræus, a, um. vt: Pythagoræa ſomnia. Horat.
✤ Pythagoriſtæ dicti, qui vitam Pytagoræ imitantur.
Pytheum, ciuitas eſt Pelaſgiotarum in Macedonia.
Pythia, ciuitas eſt Phocidis in Achaia. Ptol.
✤ Pythia, orum. ludi Apollinares, in Apollinis honorem inſtituti in Pythio Macedoniç loco.

✤Pythias,mulier apud Horat·Pythias emunćto lucrata Simone talentum.
Pythis,promontorium eſt Marmaricæ regionis. Pt.
✤Pythius, cognomen Apollinis a Pythone dracone quem interfecit. Strab. lib. 9.
✤Pythodoris,ſculptoris eximij proprium. Pli. li. trigeſimoſexto. cap. 5.
Python,locus in Aſia Plutarchi. Contendunt in Pythonem. Vide. Plin. li. 10. cap. 23.
✤Python,ſerpens quem Apollo interfecit.
Python,onos .op. eſt Phocidis. Hom. 2. Iliad.
✤Python,orator Byzantius apud Philippum Macedoniæ regem,cuius meminit. Aeſchines.
‡Pythopolis , ciuitas in Aſiæ parte quæ Myſia vocatur. Steph. (lib. 3. cap. 5.
Pyxus,oppidum eſt & fluuius Lucaniæ in Italia. Pli.
Pyxus quoque,ciuitas eſt in Caria.
‡Pyxus,vrbs Siciliæ,o Myantho condita,qui habitat Pyxuntius. Steph.

DE INCIPIENTIBVS.
A Litera Q.

Quadi,populi ſunt qui carnibus equorum, vulpiumque delectantur.
✤ Quadi, Bohemorum olim gens ſicut & Marcomanni. Tacit. (enſis. Euſeb.
✤Quadratus, apoſtolorũ diſcipulus , ac pſul Atheni-
‡Quari,pop. Galliæ Narbonenſis. Stra. lib. 4.
Quariates , pop. ſunt prouinciç Narbonenſis. Pli.
Querquerni,populi conuentus Braccarenſis in Hiſpania. Plin.
Querquetulana , porta Romæ a Querqueto ſiue Querceto dicta. (dentes.
Querquetulanæ nymphæ. querceto vireſcenti præſi
Querquetulani,populi ab oppido Latij, quod interijt. Plin.
‡Quinquatrla,dies feſtus Mineruæ, quod poſt diem quintum Iduum celebraretur,ſic dictus.
✤Quintilianus,rhetor ortus in Hiſpan. in ciuitate Calaguritana, primus é fiſco ſalarium tulit Romæ.
✤Quintilius,Vergilij & Horatij familiaris fuit. Euſe.
✤Quintus & Quintius,cognomina aliquis in magno vſu.
✤Quintina,porta in caſtris poſt prætorium , vbi venalium forum ſolet eſſe.
✤Quintia prata,trãs Tyberim a Quintio Cincinnato
✤Quintipor,ſeruile nomẽ apud veteres,vt,Publipor
✤Quirinus,Mars dicitur,cum eſt tranquillus: cum ſæuit Gradiuus.
Quirinalis mons,ſiue collis vnus é ſeptem Romæ. Vulgo. *Monte cauallo en Roma.*
Quirinalis porta, Romæ dicitur,quod eã in collem Quirinalem itur, ſiue quod proximé eam ſit Quirini ſacellum. Feſt.
Quirites,Romani dicti ſunt a Quirino,id eſt á Romulo,qui.
✤Quirinus appellatus eſt, quod haſta (quam Sabini Quirim vocant) aſſidué vteretur. Seru.

✤Quirinalia, orum. dies quo Quirino ſacra fiebant.
Quirites,quoq, Romani appellati,a Curibus Sabinorum vrbe. Liuius.
Quiza,oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.

DE INCIPIENTIBVS.
A Litera R.

‡ Raba,vrbs ad ſinum Ionicum: gentile Rabæus. Steph.
‡ Rabathmoma, vrbs Palæſtinæ, quæ nunc Areopolis. Steph.
✤Rabbath,metropolis eſt filiorum Ammon, quæ hodie *Philadelphia.*
‡Rabbatamana,vrbs montanæ Arabiæ. Steph.
✤Rabirius,eques Romanus quem contra T. Labienũ defendit. Cic.
✤Rabirius, poeta quidam temporibus Ouidij.
Racalani,pop. ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Racatæ campi ſunt in Germania magna. Ptol.
✤Racilius,tribu pleb. qui de Clodianis facinoribus eſt queſtus in Senatu. Cic. in Epiſt.
✤Rhadagaſus, Gothorũ rex, dicit̃ habuiſſe ſub ſignis ſupra ducentorum armatorum milia. Diaconus.
Rætiaria, ciuitas eſt Myſiæ ſuperioris. Ptol.
Ramidaua,ciuitas eſt in Dacia. Ptol.
✤Ramnetes, tertia pars pop. Romani tẽpore Romuli.
✤Ramnenſes,ijdem qui Ramnetes. Liu. lib. 1.
Raphanea,ciuitas eſt Syriæ regionis. Ptol.
Raphia,ciuit. eſt Iudææ Palæſtinæ q̃ Iudæis Rama
Raſtia,ciuitas eſt in Ptolemæo in Galatia. (dicit̃.
Ratacenſij,pop. ſunt Daciæ. Ptol.
Rataneum,caſtellum eſt in Liburnia. Pli. li. 3. ca. 22.
Ratiaſtum,opp. eſt Pictonum in Aquitania. Ptol.
Ratumenna,porta Romæ a Ratumenna equorum agitatore.
Raudufcula,porta p u in prima,an Rãduſcula p. n.
Raupuſcula,porta Romæ ab eo quód Raudum priſcis dicebatur æs. (Plin.
Rauenna,ciuitas Sabinorũ in octaua Italiæ regione
Rauennas,atis. Martial. Melius q; ranæ garriant Rauennates.
Rauraci. pop. ſunt Galliæ Belgicæ. Plin. lib. 4. ca. 17.
Pueblo en aquellos lugares donde oy hallamos Baſilea.
Rauriaca,ciuitas eſt eidem in Gallia Belgica.

R ANTE E.

Reate,ciuitas eſt Sabinorum in Italia. Plin. li. 3. ca. 12. Vulgo, *Riete en la Sauina.*
Reatini,populi Italiæ iuxta vrbem Reate.
Reatinus ager,vbi vmbilicus Italiæ. Solin.
✤Recatinum,ciuitas Italiæ quæ a priſcis Recinata dicebatur. Vulgo *Recanati.*
‡Rediculi,fanum Romæ erat extra portam Capenã.
Redintouinum,ciuitas eſt in Germania. Ptol.
Regia, opp. eſt Bæticæ conuentus Gaditani. Pli. li. 3. cap. 1. Vulgo *Vaena.*
Regienſes,populi ſunt Regiæ ſuperioris.
Regianum,oppidum eſt Myſiæ inferioris. Ptol.
Regias,oppidum eſt Syriç Syriſticç regionis. Ptol.

Regillis.

Regillis oppido Sabinorum, patricia gens Claudia orta eſt.
Regillanus,a,um.a Regillis.Sueto.Appius Claudius Regillanus decemuir.
Regillus,lacus in Italia,de quo Pli.lib.33.ca.2.Vulgo *Lago di Sancta Praſſede.*
Regium Lepidi,opp.eſt in Gallia Togata.Plin.li 3. Vulgo *Reggio.*
Regienſes,pop. ſunt a Regio Lepidi cognominati.
Regienſis,e.Ci. Hoc idē a te Regiēſes impetrauiſſe
Regius,flu.eſt Meſopotamiæ.Ptol.
✤M.Regulus,Attilius,quem Carthaginenſis reſectis palpebris illigatum in machina,vigilando necauerunt.Cic.in Piſonem.
✤Remoria,locus in ſummo Auentino vbi Remus de condita vrbe fuerat auſpicatus.
✤Remus,filius Martis ex Rhea virgine Veſtali.
✤Remulinus ager,dictus a Remo poſſeſſus.
‡Remuria,vrbs eſt prope Romam:gentile Remuriates.Steph.
Reſapha,ciuitas eſt Palmyrenæ regionis in Syr. Pt.
Reſi,pop ſunt prope Romam Strab.
Reſiſtos,op.eſt Propōtidis in Cherſonneſo.Pl.li.4.
Retigonium,opp.eſt Britanniæ inſulæ.Ptol.
Retigonius ſinus eſt in Britannia inſulæ.Ptol.

R ANTE H.

Rha,flu.eſt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptolem.alio nomine *Volga* a Tartaris *Edel.*
Rhaabeni,pop.ſunt Arabiæ deſertæ.Ptol.
Rhabanitæ,pop ſunt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Rhabinathmonia, ciuitas eſt Arabiæ Petrææ. Ptol.
Rhabo,flu.eſt Daciæ.Ptol.
‡Rhacelus,vrbs Macedoniæ.Steph.
‡Rhacij,& Mantuus filia fuit Pamphyle:a qua Pamphylia regio.Steph.
✤Rhacotes,Alexandria prius vocabatur.Steph.
✤Rhadamantus,filius Iouis ex Europa rex fuit Lyciæ Verg.lib.6.
✤Rhadamantus,a poëtis iudex fingitur apud inferos
‡Rhadanuſia,vrbs Maſsiliæ gentile Radanuſius Ste.
Rhadina,ciuitas eſt in Peloponneſo.Strab.lib.8.
‡Rhęa,vrbs inter Scythiam & Hyrcaniā:gētile Rhęæus.Steph.
Rhæba,ciuitas eſt Hyberniæ inſulæ.Ptol.
Rheda,ciuitas eſt in Arabia fœlici.Ptol.
Rhaenteni,pop.ſunt Arabiæ Petrææ.Ptol.
‡Rhagæ,arū.ciuitas eſt Medorū,vnde Rhagenus. St.
Rhagæa ciuitas eſt in Parthia.Ptol.
Rhagiana,regio eſt Mediæ.Ptol.
✤Rhamnes,ſiue Rhamnetes,erant equites Romani.
Rhamnus,untis.ciuitas eſt in Attica regione . Ptol.
✤Rhamnuſia,Nemeſis dicta,quod ibi tēplum habuerit,ab Amphiarao conditum.
Rhamnus,untis.portus eſt Cretæ inſulæ.Ptol.
Rhamnus,opp.eſt Cretæ mediterraneum.Pli.lib.4. cap.12.
Rhamnuſius,a,um.res ad Rhamnuntem pertinens.
✤Rhamnuſia,indignationis dea quam Græci νέμεσιν vocant.
✤Rhamnuſis,idis.Ouid.memoremq́ue time Rhamnuſidis iram.
✤Rampſinitus,rex fuit Aegypti poſt Protea.Her.li.2.
Rhaphana,oppidum eſt Decapoleos regionis.Plin. lib.5.cap.18.
Rhapſa,ciuitas eſt Mediæ regionis.Ptol.
Rhapſes,populi ſunt Perſidis regionis.Ptol.
Rhapia, ciuitas metropolis Aethiopiæ Aegyptiæ in ſinu barbarico.Ptol.
Rhaptum,promont.eſt Aethiopiæ Aegypti.Ptol.
Rhaptus , fluuius eſt eiuſdem Aethiopiæ in ſinum Barbaricum profluens.
‡Rhariū campus in Eleuſine,vnde Rharia regio.
Rhatini,populi ſunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Rhatoſtathybius,fluuius eſt Britanniæ inſulæ.Pto.
Rhatia,ciuitas eſt Babyloniæ regionis. Ptol.
‡Rhaucus,vrbs in mediterraneis Cretæ: gētile Rhaucius.Steph.
Rhauius,fluuius eſt Hyberniæ inſulæ.Ptol.
Rhaunati,vicus eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.
‡Rhax,inſula eſt Lyciæ,gentile Rhagius.Steph.
Rhazunda,ciuitas eſt Mediæ.Ptol.
✤Rhea,vxor Saturni, Cœli & Terræ filia,quæ & Cybele dicitur. (mater.
✤Rhea Syluia filia fuit Numitoris , Remi & Romuli
✤Rhebas,flu.eſt ad fauces Boſphori. Pli.lib.6.cap.1.
Rhedones,pop.ſunt Galliæ Lugdunenſis.Pto.Vulgo *Los de Renes en Bretaña.* (ganna.
Rhegena,ciuit. eſt Arabiæ deſertæ. Pto.melius Be-
Rhegium,oppidum eſt Brutiorum in finibus Italiæ, contra Meſſanam.Vulgo *Reggio.*
Rhegia columna,locus eſt iuxta fretum Siculū.Pli.
Rheginus,a,um.Pli.Vicit eum Pythagoras ex Italia Rheginus.
Rhegma,ciuitas eſt in Arabia fœlici.Ptol.
‡Rhegmaines ſinus iuxta ſinum Perſicum.Steph.
Rhemi,populi ſunt Galliæ Belgicæ.Pli.li.4.cap.17.
Rhene,inſula eſt vna e Cycladibus in Aegæo.Plin. Vulgo *Fermenia.*
Rhenus, fluuius eſt Germaniæ celeberrimus ab Alpibus defluens. (Alrhain.
‡Rhenus,in Oceanum hodie tribus oſtijs euoluitur
✤Rheni primum oſtium,eſt quod nunc Vahalis.Plin. Helium appellaī, quod ad Auſtrū labitur Rheni.
✤Rheni ſecundum oſtium,quod medium eſt,nūc *Leccia* dicitur.
✤Rheni tertium oſtium eſt,quod nunc vulgo *Iſſlij.* Pomponius & Plinius Flauum appellant.
✤Rheni,orum.dicuntur populi Rhenum accolentes.
✤Rhenanus,a,um. vnde Ciſrhenanus & Tranſrhenanus.Cæſari.
Rhenus,fluuius Italiæ paruus prope Bononiam.Pl.
‡Rheſada,vrbs Vmbrorum.gentile Rheſalenus.Ste.
‡Rheſina,vrbs circa Aborum fluuium:gentile Rheſinates.Steph.

Rheſperia, inſula eſt non longe ab Epheſo. Pl. lib. 5.
✤Rheſus, rex Thraciæ, qui albis equis in Troianorum auxilium venit, a Diomede interfectus
Rheſus, flu. eſt Throadis regionis. Pl. lib. 5. cap. 30.
✤Rheti, populi inter Alpinas gẽtes. Pl. li. 3. cap. 20.
Rhetia, regio eſt contermina Venetæ regioni. Plin.
‡Rhetia prima vel ſuperior, inter fontes Rheni & Lycum fluuium. Vulgo *Suevia*.
‡Rhetia ſecundo vel inferior, inter Lycum flu. & Danubij fontes *Es parte de Bauaria, entre el Danubio y (los Alpes.*
Rheticus, a, um. res ad illam pertinens.
✤Rhetico, onis. mons eſt in Rhetijs. Pomp. lib. 3.
✤Rhetus, gigas quẽ Dioniſius in leonẽ verſus occidit.
✤Rhetus, Centaurus quidam Ixionis filius. Luc. lib. 6.
✤Rhexenor, Nauſithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum regis. Hom. Odiſſ. 7.
Rhicina, inſula eſt vna ex quinq; Ebudis. Ptol.
Rhiguſa, ciuitas eſt in Hiſpania. Ptol.
Rhiudacus, fluuius eſt in Ponti. Ptol.
Rhinocorura, opp. eſt in finibus Paleſtinæ. Ptol.
Rhion, promont. eſt Aetoliæ regionis. Pl. li. 4. ca. 2.
‡Rhipe, vrbs Arcadiæ: gentile Ripeus. Steph.
Rhipei venatores, pop. ſunt Aethiopiæ Aegypti. Pt.
Rhiphæi, montes Scythiæ, ex quibus Tanais oritur. Verg. Ad Scythiam Riphæaſq; arduus arces.
Riphæi, a Riphe ꝙ iactus ventorũ dicitur Merula.
✤Riphæus, a, um. i. Scythicus & Aquilonaris.
✤Riphæus, vnus ex Centauris Ixionis & nubis filius.
✤Riphæus, Troiani nomen apud Verg. li. 2. Aenei.
Rhiſina, ciuitas eſt Meſopotamiæ. Ptol.
Rhitium, opp. eſt Pannoniæ inferioris. Ptol
Rhitymna, oppidum eſt Cretæ maritimum. Pto. Vulgo *Retimo*. Inde Rhytimniates. Steph.
Rhitrus, portus eſt Ithacæ. Hom. 1. & 2.
Rhizana, ciuitas eſt in Dalmatia. Ptol.
‡Rhizenia, vrbs Cretæ: ciuis Rhizeniates. Steph.
Rhizinium, oppidum eſt Romanorum ciuium in Tiburnia. Plin. *(Cataro.*
Rhizonicus ſinus, eſt in Dalmatia. Pt. Vulgo *Golfo de*
Rhizophagi, populi ſunt Aethiopiæ Aegypti. Ptol.
Rhizus, ciuitas eſt Ponti Cappadocum. Ptol.
‡Rhizus, vrbs Theſſaliæ: gentile Rhizuntius. Steph.
Rhoara, ciuitas eſt parthiæ regionis. Ptol.
Rhoas, prius dicta eſt quæ poſtea Laodicęa. Pli. li. 5.
Rhobogdium, promontorium eſt Hyberniæ. Ptol.
Rhobogdij, populi ſunt Hyberniæ inſulę. Ptol.
Rhocobe, opp. eſt Thraciæ regionis.
Rhoda, opp. eſt Rhodiorum in prouincia Narbonéſi. Plin.
Rhoda, Hiſpaniæ ciuitas. Vulgo *Roſas*. Liuius. Inde Rhodam ventum.
Rhodanus, flu. eſt prouinciæ Narbonẽſis. Vul. *Rone*
Rhode, fluuius eſt Sarmatiæ.
✤Rhodia, nymphæ nomen a fluendo. Heſiod.
Rhodia, opp. eſt in Lycia. Ptol. vnde.
Rhodiacus, a, um. Rhodius, a, um. & Rhodienſis, e.
Rhodienſe pelagus, eſt in Aſia propria. Ptol.
Rhodiopolis, opp. eſt Lyciæ regionis. Pl. li. 5. ca. 27.
Rhodius, flu. eſt Troadis regionis. Pli. li. 5. ca. 30.
Rhodius, quoque, eſt fluuius in Hiſpania.
✤Rhodius, prætereа eſt fluuius Sarmatię.
‡Rhodoë, vrbs Indica, gentile Rhodoetes. Steph.
✤Rhodogune, filia Darij, quę poſt mortẽ viri, nutricem, quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat, occidit.
Rhodope, mõs eſt Thraciæ ab Orpheo frequẽtatus. Vulgo *Montaña del argento*.
Rhodope, ſic dictus a Rhodope impia deorum contemptrice.
Rhodope, mons eſt Macedoniæ. Pl. li. 4. cap. 10.
Rhodopeius, a, um. Ouid. Rhodopeia Phyllis.
✤Rhodophone, Syria dicta eſt ea parte qua trãſit Taurum montem.
✤Rhodopis, meretrix fuit in Thracia miræ pulchritudinis. Hero. li. 2. & Pli. li. 36. ca. 12.
Rhodus, inſula eſt & ciuitas in mari Lycio. Vulgo *Rodas*.
✤Rhodum inſulam, nullo non die Sol aſpicit. Cic.
‡Rhoduſſa, vrbs Argiuæ terræ, vnde Rhoduſsius. St.
✤Rhœbus, equus fuit Mezentij. Verg. li. 10. Aeneid.
✤Rhœteum, promontorium fuit prope Troiam, quod & Rhœtus, in quo ſepultus Aiax Telamonius.
Rhœtæus, a, um. Verg. Rhœtæoq; in littore inanẽ.
Rhœteius, a, um. Luc. Et prima Rhœteia littora.
Rhœtius, mons eſt Corſicæ inſulæ. Ptol.
✤Rhœtus, Marrubiorum rex fuit in Italia. Verg. li. 5.
Rhoge, inſula eſt in mari Lycio. Plin. li. 5. cap. 31.
Rhogomanes, fluuius eſt Perſidis regionis. Ptol.
Rhombitus magnus, flu. eſt Sarmaticę Aſiaticę. Pto.
Rhombitus paruus, flu. eſt in eadem Sarmatia. Ptol.
Rhopolani, populi ſunt Scythici vltra Danubium.
Rhotomagus, ciuitas eſt Neruiorũ Gallię Belgicæ.
Rhotomagus, oppidum quoque eſt Veneliocaſiorũ. Galliæ Lugdunenſis. Vulgo *Roan*.
Rhoxolani, populi ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Rhoxolani, alijs mendoſe Troxolani, alijs Rhopolani dicuntur.
Rhuda, ciuitas eſt in Parthia. Ptol.
‡Rhuſpe, opp. Africæ minoris. Pto. Vulgo *Alfaques*.
‡Rhybdus, caſtellum Siciliæ: gentile Rhybdęus. Ste.
✤Rhymnus, fluuius a quo Rhymnici populi & montes. Hermolaus in Plinium.
‡Rhyudacus, vrbs inter Phrigiam & Helleſpontum. Steph.
✤Rhyuton, poëta Tarentinus, nugator viliſsimus. Ci.
Rhypa, ciuitas eſt in Arcadia regione.
Rhypara, inſula eſt prope Samũ inſulã. Pl. li. 5. c. 31.
Rhiſſadion, promontorium eſt Libyę interioris. Pt.
Rhyſſadiron, opp. eſt Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Rhytion, oppidum eſt Cretæ mediterraneum. Plin. libro. 4. cap. 12.

R ANTE I.

Ricinenſes, populi ſunt Piceni in Italia. Pl. li. 3.
Rigiæ, duæ ciuitates ſunt in Hybernia. Ptol.
Rigni, populi ſunt Britanniæ inſulæ. Ptol.

Rigodunum,opp.eſt Britanniæ inſulæ.Ptol.
Riguſcæ,pop.ſunt Rhœtiæ.Ptol.
Rinuci,pop.ſunt Galliæ Belgicæ.Plin.lib.4.cap.17.
Ripa alta,ciuitas in Britanniæ inſulæ.Ptol.
Ripepora fœderatorum,opp.eſt Bæticæ. Plin.li 3.
Riſadir,portus eſt Mauritaniæ ad oram Oceani.Pli.
Riſinum,oppid. eſt Liburniæ.Ptol.
Riſpia,opp.eſt Pannoniæ ſuperioris.Ptol.
Riuum,promont.eſt Corſicæ inſulæ.Ptol.

R ANTE O.

Sibde,opp. eſt contributu Cariæ Pli.li.5.cap.29.
✤Sibylla,puella dicebatur,cuius corpus numé recipit
✤Sibyllæ,decem fuerunt vt author eſt Varro.
✤Sibylla Perſica,cujus Nicanor mentionem fecit.
✤Sibylla Libyca,cuius meminit Euripedes.
✤Sibylla Delphica, de quo loquutus eſt Chryſippus de diuinatione.
✤Sibylla Cumea,cuius Piſo in Annalibus meminit.
✤Sibylla Erithræa,quæ Troiæ excidiū vaticinata eſt.
✤Sibylla Samia,& Sibylla Cumana,nomine Amalthea
✤Sibylla Helleſpontiaca,in agro Troiano nata.
✤Sibylla Phrygia,que Ancyræ vaticinata eſt.
✤Sibylla Tyburtina,quæ Tyburi vt dea colebatur.
✤Sibyllinus,a, um. quod eſt Sibillæ,vel a Sibilla fit.
✤Sibyllin⁹ ſacerdos,cui⁹ erat Sibillinos libros aperire
Sibyllates,pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ. Pli.
‡Sibyrtius,vrbs Cretæ:gentile Sibyrtius. Steph.
Sicābri,populi ſūt Germaniç Menapijs vicini Vulgo *Los de Geldres,y Cleues*.

✤Sicani,pop, Hiſpani,a fluuio Sicore dicti,a quibus Sicania dicta,ſiue Sicanie,es. quæ poſtea Sicilia.
Sicani populi,& Sicanus,a,um. a Sicania.
Sicanius,a,ū. Luc. Sicanio tegit q carbo ſepulchro.
Sicapha,oppidum eſt Africæ inter Syrtes. Ptol.
Sicca Veneria, colonia eſt Numidiæ mediterranea.
Siccenſis,a Sicca. Solin. Magna voce Siccéſes horta-
Siccathorium,ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol. (tur.
‡Sicemus,vrbs Arabiæ incolæ Sicemi. Steph.
Sicendus,lacus eſt Theſſaliæ. Pli.li. 8.ca.38.
Sicenus,inſula eſt Cretæ,Strab.li.10.an Sicynos.
✤Sichæus,Didonis maritus qui & Sicharbas dictus eſt
✤Sichęus,a,ū. Verg. Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo. (Ioſeph.
✤Siché,filius Canaan, qui Sidoné ciuitaté condidit.
Sicilia,inſula prope Italiam, omnium celeberrima.
Sicilia,prius Sicania cognominata a rege Sicano.
Sicilia,a multis Trinacria dicitur,quod tribus promontorijs cenſeatur.
‡Sicilia,a Siculo Neptuni filio dicta.
✤Sicilia,a principio Cyclopum patria fuit. Verg.
Sicilia,optima inſularum,antiquitate rerum cæteras antecellit. Diodor.
‡Sicilia,quondā agro Brutio coherens,mox interfuſo mari auulſa eſt. Pli.li.3.cap.8.
Sicelis,idis. forma Gręca a Sicilia fit. Verg. Sicelides Muſæ,paulò maiora canamus.
Sicilienſis,qui alibi ortus in Sicilia verſatur. Cic.
✤Siciliſſo,as. Sicula lingua loqui. Plaut. in Menæch.
Siculi,populi ſunt illius incolæ.
Siculum mare,portio eſt maris Ionij. Pli.li.4.
Siculus,a,ū. Hora. Siculiq; poetæ narrabo interitū.
✤Sicinius Dentatus, ſtrenuus bellator , qui Achilles Romanus appellatus eſt ob fortitudinem. Pl.li.7 cap.38.
Sicinum,opp. eſt Syphni inſulæ. Ptol.
Siconij,populi ſunt Alpini in Liguria. Strab.li 4.
Sicor,portus eſt Aquitaniæ occidentalis. Pto.
Sicoris,flu. eſt Hiſpaniæ citerioris. Pl. Vulgo. *Segre*.
Siculenſij,populi ſunt Sardiniæ inſulæ. Pto.
Siculotæ,populi ſunt in Dalmatia ſeu Liburnia. Pt.
Sicum,opp. eſt Dalmatiæ. Pto. Vulgo. *Sebenico*.
Sicuſa,inſula eſt nó procul ab Epheſo Pl.li.5.c.31.
Sicinus,inſula eſt vna e Cycladibus. Pli.li.4.ca.12.
Sicyon,oppidum eſt Achaiæ vetuſtiſsimum, Pauſan. Vulgo *Baſilica*.
Sicyonius,a,um. res ad Sicyonem pertinens.
Sida,ciuitas in Cilicia Pamphyliæ confinis. Pomp.
‡Sidacæ,vrbs Lyciæ,à Sidace Amiſodori filia. Steph.
Sidala,ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
‡Sidarus,vrbs & portus,gentile Sidaruntius. Steph.
‡Side,vrbs Pāphyliæ,a Side filia Mentauri vxore Meli. Steph.
Sideni,populi ſunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Sideni,populi ſunt Germaniæ magnæ. Ptol.
✤Sidicinum,opp. eſt Campaniæ in Italia. Pli.li.3.

Sidicinum,Theanum cognominatum eſt.
✥Sidicinus,a,um. Sil. Sidicina quę bella remorunt.
Sidon,oppidum eſt Syriæ Phœnices.
Sidonicus,a,um.res ad Sidoné pertinens.Sal.Leges pleraque Sidonica inſtituta.
Sidonis,idos.Ouid.Sidonis inq́; pyra facti ſub imagine facta.
✥Sidonius,a,um.vt:Veſtis Sidonia.i.purpurea.
✥Sidones,populi ſunt Thraciæ prope Hebrum. Plin. Sidoni dicti.
Sidones,populi ſunt Germaniæ magnæ.Pto.
‡Sidonia,vrbs Troadis,gentile Sidonis.Steph.
Sidrona,opp.eſt Liburniæ.Ptol.Vulgo *Sdrina*.
Sidrona,quæ alijs Stridona,diui Hieronymi patria.
Siduſa,inſula eſt prope Chion contra Epheſum.Pl.
Sidyma,ciuitas eſt Liciæ,a Sidymo quodam.Step.
Sigo,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.alio nomine Sigapolis.Vulgo *Guardia*.
Sigeű,promontorium eſt in Aſia propria dicta.Pto. Vulgo *Ianizzari*.
Sigæus,a,ű.Verg.Sigæa igni freta late relucens.
Sigitus,a,ű. Ouid.Sigeia toruo littora proſpiciens.
✥Sigalion,ſimulachrum quod Herpocrates alio nomine dicitur.
Siganeum,op.eſt Colchidis.Ptol.melius Giganeű.
‡Sigatha,vrbs Libyæ,ciuis Sigathæus.Steph.
‡Sigillaria,via Romæ vbi ſigilla védebãtur.Gel.li.5.
Sigindunum,opp eſt Myſiæ ſuperioris.Ptol.
Sigius,mons eſt prouinciæ Narbonenſis.Stra.lib.4.
Signani,pop.ſunt Galliæ Aquitanicæ.Pli.lib.4.
Signia,mős eſt in cuius radicibꝰ ſita eſt Apamia.Pli.
Signia,ciuitas eſt Campaniæ in Italia in Lepino mő te.Vulgo *Seña*.
Signini,pop.ſunt Italiæ a Signia dicti.Pli.
Signinus,a,um.a Signia:vnde Signinum opus,vinű pirum.
✥Signinum opus,quod cőfractis teſtis addita calce cő (ficiebatur.
✥Signinum vinum,quod circa ſigniam creſcit.
✥Signinum pyrum.Iuuenal.Signinű Syriumq́; pirum
Signinű,in hac ſignificatione pro quo Signatű Vlp. l.i.ff.de Riuis,vt mendoſé legit Albericus.
Signa,ciuitas eſt Armeniæ maioris.Ptol.
Sigulones,pop.ſunt Germaniæ magnæ.Pto.
Sigurra,ciuitas eſt Ilercaonum in Hiſpania. Ptol.
✥Silanius,mons Hyberniæ inſulæ altiſsimus.
✥Silanius,a Silanio rege in vertice eiꝰ ſepulto dictus
Silaris,ſiue Silarus,flu.eſt Lucanorum in Italia.Vulgo *Seli en Baſilicata*.
Silbiani,pop.ſunt cőuentus Apamiæ.Pl.li.5.ca.29.
Silbium,ciuitas eſt Phrygiæ magnæ.Pto.
Silea,ciuitas eſt Mauritaniæ Tingitanæ.Pto.
✥Silenus,Bacchi fuit alumnus & pædagogus.Verg.
‡Siler,fluuius eſt Picentenorum iuxta Salernum decurrens Lucan.
Sileum,ciuitas eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Sileum,quoq;,ponitur in Thracia.Herod.lib.7.
Silia,fons eſt ſiue ſtagnum apud Indos.Strab.li.14. quod (innatat.
Silia quoque dicitur,quo omnia merguntur & nihil
Silica,ciuitas eſt Libyæ interioris.Pto.
Silingi,ſiue Selingi,popuil ſunt Germaniæ magnæ.
Silus,fluuius eſt Venetię ex mőtibus Taruiſanis fluens.Pli lib.3.cap.18.
Sillura,inſula in Oceano Britannico.Solin.cap.35.
‡Sillios,vrbs Ioniæ iuxta Smyrnam.Steph.
✥Silon,inſula eſt Indiæ,in qua arbor nunquam folijs nudatur.Aug.de ciuit.dei.lib.12.
✥Silphij,pop.Libyci,ab inſula Plateæ vſq; ad os Syrtium protenſi.Herod.lib.4.
Siluini,pop.ſunt Hirpinorum in Italia.Pl.li.3.c.11.
Silutum,opp.eſt in Italia.Strab.
Silures,pop.ſunt in Britannia. Ptol.
Siluum,opp.eſt Pamphyliæ mediterraneum.Ptol.
Siluum,opp.eſt Italiæ antiquum. Dionyſio.
✥Simbruina ſtagna,locus eſt apud Cor. Tacitű.li.14
‡Simethis,nympha ex qua fauus Acin ſuſcepit. Oui.
‡Simethus,Siciliæ fluuius,non procul a Catanenſi vrbe.Steph.
Simi,Aethiopes ſunt qui cognominant Strutophagi
✥Simichida,paſtor , quem enarratores dicunt Theocriti poetæ patrem fuiſſe.
Simiæ,inſulæ ſunt in mari Rhodiaco.Str.& Herod. Vulgo *Le Simie*.
✥Simmias,philoſophus Thebanus,cuius.23.dialogos ordine commemorat Diog.Laertius.
✥Simoëſius,vir Troianꝰ,apud ripas fluuij Simoëntis natus,ab Aiace Telamonio interfectus.Hom.
Simois,flu.Troianus qui ex Ida monte defluit.
✥Simon,viri nomen,Græcis,Hebræis,& Latinis,pariter commune.
✥Simon.Athenienſis philoſophus ac Socratis diſcipulus,ſcripſit dialogos.34.Suid.
Simon Magneſius,muſicus egregius, de quo.Str.li. (14.
✥Simon Conſtantinopolitanus,ludimagiſter compoſuit Græcé Metaphraſtas.i.ſanctorum vitas.
✥Simő magus,caput & Author totius hęreſeos. Vol.
✥Simő Tridentinus,puer a Iudęis cruci affixus. Vol.
✥Simonides,Cæus poëta Melicus de quo Ci. in orat.
✥Simonides alius,poëta Iambicus.Quint.li.10.ca.1.
✥Simonides Magnes,poeta Antiochi tempore.Suid.
Simyra,opp.eſt Syriæ cœles.i.curuæ.Ptol.
Sina,vrbs eſt Meſopotamiæ.
Sina,mons quoq; eſt in Arabia Petræa Ptol.
‡Sinada,ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines. Strab.lib 11.
✥Sinapodes,pop.fuerunt in deſertis Africæ.Pomp.
✥Sinarum regio,eſt Siricæ contermina.Ptol.
Sincus,opp.eſt ad montem Atho.Herod.lib.7.
‡Sindarus,arx in Cyrrho oppido Syriæ.Steph.
Sindi, pop.ſunt Scythiæ vel Sarmatiæ.Strab.lib.11.
‡Sindia,vrbs Lyciæ:gentile Sindij.Steph.
Sindones,pop.ſunt ſeptentrionales. Strab.lib.15.
Singa,mons eſt Syriæ.Ptol.

Singaras,

Singaras,mons eſt Meſopotamiæ.Ptol.
Singilia,opp.eſt Bæticæ prouinciæ.Pli.li.3.
Singilis, flu.eſt in eadem Bætica. Pli. li.3. Vulgo *Guadaxenil.*
Singona,opp.eſt in Germania.Ptol.
Singrium,promont.eſt Leſbi inſulæ.Ptol.
Singus,opp.eſt Macedoniæ in ſinu Singitico. Ptol.
Sinna,nomē duarum ciuitatū in Meſopotamia.Pto.
Sinnaus,opp.eſt Phrygiæ.Herm.in Plinium.
✥Sinon,inſignis proditor apud Verg.li.2. Aeneidos.
✥Sinon alius,fuit filius Autolyci,patri in furando & latrocinando ſimillimus.Verg.
Sinonia,inſula eſt in mari Tuſco.Plin.li.3.cap.6.
✥Sinope,nomen proprium regis Numidarum.
Sinope,opp.eſt in Galatia regione.Ptol.
✥Sinope,Aſopi filia,quam Apollo raptam in Pontū traduxit.& ex ea genuit Syrum.
Sinope,vrbs Pōti,Cynici Diogenis patria.Str.li.12
Sinopenſis,e.Liuius.Querentium Rhodiorū de Sinopenſium fraude.
Sinopeus,a,ū.a Sinope. Ouid.Cynicus procul eſſe Sinopeus.
✥Sinopicus,a,um. vt:Sinopica rubrica.Str.lib.2.
Sinſij,pop ſunt Daciæ.Ptol.
Sintica,regio eſt Macedoniæ.Ptol.
‡Sintie,vrbs Macedo.iuxta Thraciā incolæ Sinti.St.
‡Sintœum, caſtellū eſt Armeniæ a Galatis conditū, gentile Sintœus.Steph.
Sinueſſa,opp.eſt Italiæ,in fine noui Latij. *La qual algunos conjecturan auer ſido,donde oy hallamos Monte Dragon.*
Sinueſſanus,a,um.Horat.Inter Minturnas Senuiſsa nuniquæ Petrinum.
✥Sinus magnus in India,is eſt quē hodie vocāt *Mare de Sur.*
Sinzita,ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Sioda,ciuitas eſt in Albania regione.Ptol.
‡Sionia,vrbs eſt Pontica:gentile Sionites.Steph.
Siparuntum,ciuitas eſt Dalmatiæ.Ptol.
‡Siphe,nauale Theſpiacæ:gentile Sipheus.Steph.
Siphnus,inſula eſt vna ė Cycladibus in Aegæo. Pli. Vulgo *Siphano.*
Sipontum, vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem. Vulgo *Siponto*, Græcis Sipus,untis. Sepius,untis, & ſipa dicitur.
✥Sipuntinus,& ſepiuntinus,a,um. Sipōto & Sepiūte
Siphara,ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratē.Pt.
Sipylus,opp.eſt in Ionia regione.Pl.li.5.ca.29.
Sipylus,prius Tantalis dicebatur.Solin.ca.37.
✥Sipyleius,a,um.Stat.Genitrix Sipylleia.i.Niobe.
✥Siraces,populi ſunt prope Caucaſum montē verſus meridiem.Stra.lib.11.
Sirangæ,pop.ſunt Libyæ interioris.Ptol.
Sirbi,pop.ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptol.
Sirbonis,lacus eſt in Aegypto.Ptol.
✥Sirenes,filiæ fuerūt Acheloi & Calliopes Muſæ.
✥Sirenum nomina ſunt,Parthenope,Ligia,Leucoſia.
Sirenum inſula,eſt in mari Thuſco adiacens Italiæ.
Sirenuſſæ, inſulæ tres cōtra Laciniū promōtorium.
Sirenuſsæ,dictæ quia in eis Sirenes habitauerunt.
‡Sires,pop.Thraciæ ſupra Byzantios.Steph.
Sirie,es.inſula eſt prope Ortygiam.Hom.in Odyſſ.
✥Siris,ab Aethiopibus dicitur Nilus.
‡Siris,fluuius Libyæ prope inſulas Phaſeluſsas.
‡Siris, vrbs Italiæ iuxta Metapontum.Steph.
Sirmio,peninſula locus Benaci,Catulli patria.
✥Sirius,ſtella pernicioſa in ore canis maioris.
Sirmium,opp.eſt Pannoniæ inferioris. Ptol.Vulgo *Simach.*
Sirnides,inſulæ ſunt prope Cretam.Pli.li.4.ca.12.
Sirtibes,pop.ſunt Aethiopiæ ſub Aegypto.Ptol.
✥Siſamus,vrbs Paphlagoniæ.Hom.2.Iliad.
Siſapona,opp.eſt Bæturiæ in Bætica.Plin.vnde
Siſaponenſis,e.Pli.A Siſaponenſi regione in Bætica vnde minium eruitur.
Siſapo,ſiue Siſapona altera,oppid.eſt Bæticę in Hiſpania.Forte C*,amora.*
Siſara,palus eſt in Africa propria.Ptol.
Siſaraca,ciuitas eſt Murbogorum in Hiſpania.Pto.
Siſarus,flu.eſt Mauritaniæ Cęſarienſis.Ptol.
Siſcia,ciuitas eſt Pannoniæ ſuperioris.Ptol.
✥Siſigambis,vxor fuit Darij Perſarum regis.Q.Cur.
‡Siſigylis, vrbs magna prope Celticam: gentile Siſigylites.Steph.
Siſolēſes,populi dicti ab oppido Latij quod interijt (Plin.
Siſopa,opp.eſt Pannoniæ ſuperioris.Ptol.
✥Siſyphus,Aeoli fuit filius,ob latrocinia a Theſeo interfectus.Ouid.lib.13.Metam.
✥Siſyphus alius, Corinthiorum rex,cui Merope Atlantis filia nupſit.Ouid.
‡Siſyrba,pars Epheſi,a Siſyrbe Amazone dicta.Step.
Sitacena,regio eſt in Aſsyria.Ptol.
Sitaphius campus,eſt in Africa propria.Ptol.
‡Sitheni,pop.iuxta mare rubrum.Steph.
✥Sithon,mons Thraciæ a quo Thracia dicta Sithonia
✥Sithonia,regio littoralis Thraciæ,verſus Thermodontum.Herod.li.7.
Sithonij,pop.ſunt Thraciæ omnibus.
Sithonius,a,um.& Sithonis,idis.a Sithonia dicitur
Sitia,opp.eſt Bæticæ.Plin.li.3.ca.1.
Sitici,pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Sitioenta,ciuitas eſt in Myſia inferiori.Pto.
✥Sittaca,ciuitas eſt in Aſsyria regione.Pto.
Situa,ciuitas eſt Paphlagoniæ in Galatias.Ptol.
Siua,ciuitas eſt Cappadociæ.Ptol.
Siuata,ciuitas eſt Proſelemmenitarū vel Bizenorū in Galatia.
Siuerta,ciuitas eſt Britanniæ.Ptol.
Siuph,vrbs Aegypti patria Amaſis regis.Hero.li.2.
Siur,portus eſt Numidiæ in Africa propria.Ptol.
‡Sizara,Syriæ vrbs:alias Lariſsa dicta.Steph.

S ANTE M.

Smaragdus,mons eſt in finibus Aegypti.Ptol.

✥Smerdis,fuit Cambyſæ,Perſarum regis frater.
✥Smilax,puellæ nomen,in herbam ſui nominis mutatæ.Ouid.
‡Sminthe,vrbs Troiæ:gentile Smintheus. Steph.
✥Smintheus,nomen quo Apollo vocitatus eſt.
Smyla,ciuitas eſt in Creſſæa regione. Herod.lib.7.
Smyralea,quæ Cæſarea,ciuitas eſt Bithyniæ.Ptol.
Smyrna,opp.eſt Ioniæ in Aſia minori. Strab.lib.14. Vulgo *Le Smirne*.
Smyrna,cognomine Trachea,dicta prius quæ poſtea Epheſus.Vulgo *Foglie*.
Smyrna,dicta eſt Lycia,cognominata Myrrha Græcis.
Smyrna,a Colophonijs condita eſt.Solin.
Smyrnæus,a,um. Luca. Quantum Smyrnæi durabũt vatis honores.
Smyrnæus conuentus,a Smyrna cognominatus.
Smyrnophera,regio eſt in Arabia fœlici.Ptol.
Smyrnophera,regio eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.Pt.

S ANTE O.

Soaca,ciuitas eſt in Arabia fœlici.Ptol.
Soana flu.eſt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptol.
✥Soanes,pop. Aſiæ extrema Caucaſi obtinentes.Str.
✥Socion,philoſophus Peripateticus genere Hiſpanus Gellio.
Socoſsij,populi ſunt Mauritaniæ Tingitanæ,Melius (Cocoſsij.
✥Socrates,philoſophus Athenienſis vnus omnium ſapientiſsimus iudicatus,primus de morib⁹ diſſeruit.
✥Socratici,diuerſi philoſophi è Socratis ſchola proſeminati. Vnde
✥Socrates,merito fons philoſophorum appellatus eſt
✥Socrates alius,pictor fuit. Plin.lib.35.cap.11
✥Socrates Conſtantinopolitanus, qui Eccleſiaſticam ſcripſit hiſtoriam.
✥Socraticus,a,um.qui Socratem imitatur. (Hom.
✥Socus,vir Troianus Hippaſi filius,animo generoſus
Sodoma,orum.opp.fuit Paleſtinæ Iudææ.
✥Sodomitæ,dicti fuerunt Sodomorum incolæ.
Soducena,regio eſt Armeniæ maioris.Ptol.
✥Sogdiana,prouincia Aſiæ Sacis & Bactris cõtermina
Sogdiani,pop.ſunt Sogdianæ regionis.
Sogocara,ciuitas eſt Armeniæ maioris.Ptol.
Soggoſtedes,ciuitas eſt in Macedonia regione. Pli. libro.4.
Soita,ciuitas eſt Armeniæ maioris.Ptol.
Solci,opp.eſt Sardiniæ inſulæ.Ptol.
Solcitani,pop.ſunt Sardiniæ inſulæ.Ptol.
Soli,ciuitas eſt Cypri inſulæ.Ptol.
Soleus,a,um.a Solis vrbe.Varr.1.de re Ruſtic. Dió. Soleus.
Solij,pop.ſunt in Cypro inſula.Strab.lib.14.
Soli,ſiua σόλοι,opp.eſt Siciliæ regionis.Ptol.
Solienſis,e.id eſt,ad Solos ciuitatem pertinens.
‡Solimna,vrbs Indiæ,gentile Solimnæus.Steph.
Solinates,ſiue Feliginates populi Vmbriæ qui interije.Plin.
Solis fons,ponitur in Aegypto.Pto.

Solis inſula,eſt in mari Indico ſemper rubens.Soli.
Solis menſa,Aethiopiæ locus,apparatis epulis ſemper reſertus.Pompon.
✥Solis menſa,adagium de opulentorum hominum domibus,omni rerũ copia vbertim ad fluẽtibus.Cel. Rod.lib.29.cap.4.
Solis mós,eſt in Mauritania Tingitanica.Pto. Forte *Cabo de Bojador frontero de las Canarias*.
✥Solis oſtia,loca Indiæ ob æſtum intollerabilé ſic dicta.Pomp.in deſcriptione Indiæ.
Solis ſacra,promont.eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.
‡Sollium,Corinthi oppidulum·gentile Sollieus. Ste.
Solœ,opp.eſt Ciliciæ idem quod Soli, orũ & Pompeopolis,a Pompeio appellata.
‡Solœciſſare,dicti ſunt Athenienſes, quos iſthic Solõ induxerat,cum ab Att.linguæ puritate deſciſcerẽt
Solœntia,promont.eſt Libyæ interioris.Ptol.
Solentij,pop.ſunt Libye interioris Ptol.
✥Solon, vnus fuit è ſeptem Greciæ ſapientibus.Gell.
Solymę,arũ. Vrbs Iudęæ ſeu Paleſtinę q̃ Hieruſalẽ.
Solymi,pop.iuxta Lyciam,quos Homer pugnaciſsimos fuiſſe ſcribit,& a Bellorophonte deuictos.
Solymi,pop.fuerunt Aſię qui perierunt.Plin.
Sontiates,populi ſunt in Aquitania.Cæſari libro.3. de Bell.Gall.
Sontini,pop.ſunt Lucaniæ in Italia.Plin. lib.3.
Sontiontij,pop.ſunt Alpini.Plin.lib.3.cap.20.
‡Sontius,flu.Carnorum in Italia.Vulgo *Lyſonzo*.
✥Sophaci,appellati ſunt Afri a Sophono qui in Africa regnauit.
Sophena,regio eſt Armeniæ maioris.Ptol.
Sophena,regio Tauro monti eſt finitima.Pl.li.5.12.
✥Sophilus,Sicyonius vel Thebanus comicus.Athen.
✥Sophocles,Athenienſis poeta tragicus Sophili filius.
✥Sophoclem,ex inſperato gaudio ob victoriã ex tragœdia quadã repẽte obijſſe,Valerius author eſt.
✥Sophocles,ſuperioris nepos poeta tragicus docuit fabulas.40.vicit.Suid.
✥Sophocles,alius,dux Atheni.Soſtratidæ filius.Thu.
‡Sophocles grãmaticus,minor appellatus,enarrauit. Lycophronem,Apollonium,aliosq́; poetas.
✥Sophocleus,a,ũ.Cic.An pangis aliquid Sophocleũ?
✥Sophron Syracuſanus,Xerxis & Euripidis tempore ſcripſit minos viriles,& mimos fœmineos.
✥Sophron alius,Poeta comicus de quo Athenæus.
✥Sophronia,matrona Romana,altera Lucretia Chiſtiana,de qua vide Euſeb. in hiſtor. Eccleſiaſtica.
Sothiha,ciuitas eſt in Perſide regione.Ptol.
Sora,ciuitas & colonia Volſcorum in Cãpania.Pli.
Sora,ciuit.eſt Arabiæ deſertę adMeſopotamiã.Pt.
Soractæ,mons eſt in Phaliſcis non procul ab vrbe Roma. Vulgo *Monte de S.Silueſtro*.
Sorectinus,a,um.a Soractæ.Vitu.lib.2.cap.7.
Soræi,pop.ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Sorani,populi ſunt in Campania a Tyberi vſque ad Sarnum.Cat.

‡Sorani,

‡ Sorani,a Dite nam Ditis pater Soranus appellatur.
✤ Soranus,Epheſius medicus,Adriani & Traiani temporibus Suid. (vocat.
Soritæ,populi ſunt ichthyophagi,quos Plin. Oritas
Sornum,opp. eſt in Dacia. Ptol.
Soroba,ciuitas eſt Cappadociæ. Ptol.
Sorobis flu. eſt Hiſpaniæ citerioris.
Soroga,ciuitas eſt Pannoniæ ſuperioris. Ptol.
Sororium Trugillum, locus erat ſacer in honorem Iunonis. Feſt.
Sorthida,ciuitas eſt Babyloniæ regionis. Ptol.
✤ Soſandra, inſula iuxta Cretam: inſularis Soſandrius.
✤ Soſia,nomen viri proprium apud Comicos.
✤ Soſibius,grãmaticus Laconicus,cuius meminit. Sui.
✤ Soſij,bibliopolę olim erãt celeberrimi. Ho. de Arte.
✤ Soſipatra,Libyca fœmina, ac vates doctiſsima, vxor Aedeſij ſophiſtæ.
Soſippi portus,eſt in Arabia fœlici. Ptol.
✤ Soſitheus,Syracuſanus fuit,æmulus Homeri Tragici. Suid.
Soſsinates,pop. ſunt Sardinię. Strab.
Soſsius,flu. eſt in Sicilia inſula. Ptol.
Soſthenis,idis. ciuitas eſt Theſſalorum in Macedonia. Ptol.
✤ Soſtratus,vir fuit Aegineta,Laodamantis filius.
✤ Soſtratus, architectus qui turrim excitauit in Pharo inſula,eiq́; nomen ſuum inſcripſit. Strab. lib. 17.
✤ Soſtratus,ſculptor qui ex ære ſigna faciebat. Plin.
✤ Soſtratus,Cereris ſacerdos apud Corn. Tacitum.
✤ Soſtratus vates qui per furorem multa Græcis prædixit. Herod. (Suid.
✤ Soſtratus,item,Sicyonius cognométo Acrocherſites
✤ Sotades,Maronites poeta ſcripſit Iamborum libros, quos cinædos appellauit. Suid.
✤ Sotades,comicus Athenienſis medię comœdiæ. Sui.
✤ Sotades,philoſophus ſcripſit de myſterijs librum vnum. Suid.
✤ Sotericus Aſites. poëta ſub Diocletiano. Suid.
✤ Soteridas Epidaurius, ſcripſit de muſica libros tres, vt ait Dioniſius.
✤ Soticena,dicta eſt Iuno ab antiquis, quaſi ſalutaris & ſoſpitatrix,Græcis σωτειρία.
‡ Sotira,vrbs Arienorum: gentile Sotirenus. Step
‡ Sozuſæ,tres vrbes,Phœnices,Piſidiæ, & Aethiopiæ. Steph.

S ANTE P.

✤ Spaco,nutrix fuit Cyri regis. Herod. lib. 1.
‡ Spada, vicus Perſicus,in quo primum eunuchi facti ſunt,qui inde ſpadi nominantur. Steph.
Spalatra,opp. eſt Magneſiæ regionis. Pli. li 4. ca. 9.
✤ Spargapiſes, filius fuit Tomyridis Maſſagetarũ reginæ,qui captus à Cyro ſeipſum interfecit.
Sparta, locus in Atropatia regione,in quo ſales cōgelantur.
Sparta,æ. vrbs Laconiæ eadé quæ Lacedemon vrbs. Vulgo *Mizitra*.
Sparta, dicta à Sparto Phoronei filio qui eã cōdidit
Spartanus,a,um. Verg. Et virginis arma Spartanæ.
Spartacus,a,um. Luca. Cauſa caderes qua Spartacus hoſtis.
Spartiaticus,a,um. à Sparta. Plautus: Narrabo tibi res Spartiaticas.
Spartiata,æ. Cic. 1. Tuſc. Eſtote duri Spartiatæ.
✤ Spartiatas,legimus in libris Machabæorũ Romanis fuiſſe confœderatos. (lio occiſus.
✤ Spartacus,gladiator Thrax fuit, à M. Craſſo in præ
Spartarius campus,eſt in Hiſpania Terraconēſi. St. lib. 3.
Spartion,promont. eſt Sithoniæ in Thracia. Stat.
‡ Spartolus,vrbs Macedoniæ: gentile Spartolius. Ste.
‡ Sparton,frater Phoronei,filium habuit Mycenæum Steph. (*Chipre*.
Specea,inſula prius dicta q́ poſtea Cypros. Vulgo
Spedon,ciuitas eſt Bœotiæ. Strab.
✤ Spelæitæ,Hercules,Mercurius,& Apollo nominantur, quod eorum ſimulachra alicubi in ſpeluncis colantur. Steph.
Sperchea,ciuitas eſt Phthiotidis in Macedonia. Pto. Vulgo *Fitiko*.
Sperchius,flu. eſt Macedonię, ortus in iugis Pelij montis. Vulgo *Agriomelas*.
✤ Sperchionides,penul. correp. patronymicũ maſculinum. Ouid. Caucaſeumq́ue Abarim Sperchionidemq́; Lyceium.
✤ Sperchias,adis. patron. fœm. Ouid. Aeſtuat Alpheus ripæ Sperchiades ardent.
✤ Speuſippus,philoſophus Athenięſis Platonis ex ſorore nepos. 8. annis ſcholæ Platonicæ præfuit.
Sphacteria,ciuitas eſt in Peloponneſo. Str. li. 8.
Sphagia,inſula eſt ante Pylon vrbem. Pl. li. 4. ca. 12. Vulgo *Sapiencia*.
‡ Sphagitis,promontorium Scythiæ. Steph.
Sphin. i. cuneus, locus iuxta Sacrum promontoriũ.
Sphettus,locus eſt in Attica. Strab.
✤ Sphinx,monſtrum apud Thebas cuius caput & manus puellæ,corpus canis,alę auis,vox hominis effigiem habebant. Pli. li. 8. cap. 21.
Spina,opp. fuit iuxta Padi oſtium. Pli. li. 3. ca. 16.
Spineticum,dictum eſt Padi fluminis oſtium. Plt. ibidem Vulgo *Premuro*.
✤ Spintharus,nobilis architectus Corintheus, Pauſan.
✤ Spio,nympha ſic dicta à ſpelūcis in quibus nymphę habitare dicuntur. Bocat. lib. 7. ca. 14.
Spireoſtoma,oſtium eſt vnum Iſtri fluminis.
Spireum,idem oſtium dicitur quod ſupra Spineticũ Catull. (dorem ferens.
✤ Splédophorus,nomé ex Græco & Latino, quaſi ſplé
Spoletinum, opp. eſt Turdetanorũ in Hiſpania. Pt.
Spoletium,ciuitas eſt Vmbrorum in Italia.
Spoletini,pop. ſunt in Spoletio dicti.
Spoletinus ducatus nunc dicitur, nō Spoletanus, ſicut ab Aretio Aretinus.

Sporades, inſulæ ſunt circa Cretã poſt Cyclades. St.
Sporades dictæ quod in mari ſparſæ ſint.
‡ Sporgilus, vicus Atticæ, vnde Sporgilius. Steph.
Spunda, ciuitas eſt Babyloniæ. Ptol. Melius Gunda.
✤ Spurina, dux regis Parthorumq; Craſſum interemit.
✤ Spurina, mathematicus ac vates fuit, qui Cęſari prædixit vt Martias caueret. Idus. Suet. (dia.
✤ Spurina, adoleſcens egregia forma. Valer. de verecũ
✤ Spurius, inter pronomina antiquorum duabus literis notatur. S. P. quaſi ſine patre.

S ANTE Q.

✤ Squinicij, Italiæ populi erant, quos Plinius. li. 3. Sabellos & Samnitas vocat.

S ANTE T.

Staberis, fluuius eſt in ora Conteſtanorum. Vulgo *Segura*.
Stabiæ, arum. locus fuit in agro Campano. Pl. lib. 3. Vulgo *Caſtel di Mari*.
Stabianus, a, um res ad Stabias pertinens.
Stabulum, opp. eſt Teuthraniæ. Plin. lib. 5. cap. 30.
Stacheræ, pop. ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Stadia, cognomine Peguſa, ciuitas eſt Cariæ. Pli. li. 5
Stadia, prius dicta quæ poſtea Rhodus. Strab. li. 14.
Stæi, pop. ſunt Liburniæ. Plin. lib. 3. cap. 12.
‡ Stagira, vrbs Ariſtotelis Stagiritæ patria. Steph.
‡ Stamene, vrbs Chalybum: gentile Stameneus. Stephan.
Staon, flu. eſt Medię. Ptol.
✤ Staphylus, Sileni filius, primus vinũ aqua miſceri docuit Pli. li. 7. cap. 56.
✤ Starcaterus, rex Danorum, vir imméſæ fortitudinis Saxoni grammatico li. 8.
✤ Staſeas Neapolitanus, philoſophus Platonicus. Cic.
‡ Staſis, vrbs perſica. gentile Staſites. Steph.
✤ Statilinus & Statanus, dij, pſides quaſi nobis aſtãtes
✤ Statiua, inſula eſt. Stat. Aenariæq; lacus medicos, Statiuasq; renatas.
‡ Statius, nomé poëtę comici fuit qui Cæcilius dictus
✤ Statius appellatus, quondam ſeruus fuit. (eſt.
✤ Statius enim ſeruile nomen eſt.
✤ Statius, alius poeta qui heroico carmine multa cõſcripſit.
Statonia, opp. eſt Hetruriæ. Stra. Vnde: Statonienſes
✤ Stator, Iupiter dictus qui ſtare animo facit.
✤ Stator, quia Romanos in fugam a Samnitibus verſos ſtare fecit.
Statyelli, pop. ſunt Liguriæ circa Alpes. Pli. li. 3.
✤ Statyellæ aquæ, in via quæ ab oppido Genua ducit. Placentiam.
Stauani, pop. ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Stegnaria, ciuitas eſt in Italia. Stra. li. 6.
‡ Stele, vrbs Cretæ iuxta Parſum & Rhythimné. St.
✤ Stelenus, rex fuit Argiuorum quem Danaus regno pepulit, & ipſum regnum ad ſe pertraxit.
✤ Aruntius Stella, poeta Patauinus natus familia conſulari. Martial.

Stellates, populi ſunt in Tuſcia regione.
Stellatinus vicus Romæ eſt. Fabio.
✤ Stennio, vna fuit Gorgonum Phorci filiarum.
✤ Stentor, vnus ex ducibus Græcorum, qui ad Troiam profecti ſunt.
✤ Stentoris, tantus erat ſonitus, quantus aliorum quinquaginta. Hom. lib. 5. Iliad. (uerb.
✤ Stentore clamoſior, prouerbiũ eſt. Vide Eraſ. in pro
Stentoreus, a, um. vt Vox Stentorea.
Stentoris portus, eſt in Thracia. Plin. li. 4. cap. 11.
‡ Stenyclerus, vrbs Meſenes: gentile Stenyclerius. St.
Stephane, ciuitas eſt in Italia. Plin. lib. 3. cap. 5.
Stephane, mons eſt Phthiotidis regionis. Plin. lib. 4 cap. 8.
Stephane, inſula prius dicta quæ poſtea Samos. Pli. Vulgo *Samo*.
‡ Stephane, vrbs Phocidis, gentile Stephanæus. Step.
‡ Stephanis, vrbs Mariãdynorũ, gẽtile Stephanites. St.
✤ Stercutius, dictus eſt Saturnus, quòd primus ſtercorandi agri rationem inuenerit.
Sterea, ciuitas eſt in Attica regione. Strab. lib. 9.
Stereuntium, opp. in Germania magña. Ptol. Hodie Caſsilium in Haſsia. Vulgo *Caſſel*.
Steriæ, Phæacum ciuitas eſt. Hom. 5. Odyſſ.
✤ Steropes, vnus fuit ex famulis Vulcani. Verg.
✤ Steropes, a fulgetra nomen ſortitus eſt.
✤ Steſibrotus, ab Epaminũda patre Thebanorum duce interfectus fuit, quod contra mandatum patris cum hoſtibus conſeruiſſet.
‡ Steſichorus, poeta ex Himera Sicilię vrbe. Quintil.
‡ Steſilea, mulier admodum eleganti vultu. Plutarch. in Themiſt.
‡ Steſimbrotus, Tarſenſis hiſtoricus, ſcripſit res geſtas Cimonis ducis Athenieſiũ. Plutarch. in Cimone.
✤ Steuelus fuit Capanej & Euadnes fili⁹ in bello Troiano. Hom. &. Verg. lib. Aeneid 2.
✤ Sthenelus alius, Perſei ex Andromeda filius. Hom.
✤ Steneleus, a, um. Ouid. Proles Steneleia Cycnus.
✤ Stenobœa, vxor fuit Prœti regis Argiuorum.
‡ Stenobœius, a, um. Sidon. Quã ſi ſpectaſſet quondã Stenobœius heros.
‡ Stilbe, nympha Lapithã filiũ ex Appolline peperit a quo Lapithæ populi dicti.
✤ Stilico, Honorij imperatoris ſocer, & occidentis adminiſtrator.
✤ Stiliconius, a, um. Claud. Agnoſcat famulum virgo Stiliconia Pontum.
Stilpæ, vrbs Siciliæ: gentile Stilpæus. Steph.
✤ Stilpo, Megarenſis philoſophus fuit tempore Ptol. primi, ſcripſit dialogos. 20. Suid.
✤ Stimicon, proprium paſtoris nomé apud Vergilium ecloga. 5.
✤ Stiphelus, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius
Stiria, inſula contra Cyprum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Stobi, opp. eſt Pelagonum in Macedonia. Ptol.
Stoborrum, promont. eſt Numidię in Africa. Ptol.

Stœchades,

Stœchades, inſulæ ſunt tres in mari Gallico. Pl. li. 3. Vulgo *Las Eras.*

✤Stoici, philoſophi appellati ab στοὰ, quod porticũ ſignificat, quo conuenire ac diſſerere ſolebant.

✤Stoici, philoſophi dicti ſunt, qui prius Zenonij dicebantur, a Zenone doctore.

✤Stoicus, a, um. adiect. vt. Libelli Stoici. Horat.

✤Stoicè, aduerbium. Cic. At enim agit mecum Stoicè & auſterè. Cato.

✤Stoicida, æ. patronymicum. Iuuenalis. Trepidi Stoicidæ.

Stoni, orum. populi ſunt Euganeorum. Strab. li. 4.

Stonia, ciuitas ponti Galatici Cappadociæ. Ptol.

Stopelos, inſula eſt prope Epheſum.

Storas, fluuius eſt in Italia. Strab. lib. 5.

✤Strabo, philoſophus Stoicus, ac geographus inſignis

Stragona, oppidum eſt in Germania. Pto. Hodie *Poſnania.*

Strapellini, populi ſunt Hirpinorũ in Italia. Pl. li. 3.

‡Stratia. vrbs Arcadica, a Phane filia ſic nominata. Steph.

✤Stratius, fuit vnus ex filijs Neſtoris.

✤Straton, rex Sidonis fuit, quem vxor propria gladio tranſuerberauit. Hieron.

✤Straton, Lampſacenus philoſophus, Theophraſti familiaris, præceptor Ptolemæi Philadelphi.

✤Straton alius, qui Iſocratis auditor fuit. Laert.

✤Straton, medicus qui Eraſiſtratum audiuit. Diog.

✤Straton alius, hiſtoricus: alius item poeta epigrammatum Diog. Laert.

✤Straton quoq;, antiquus medicus, vt ait Ariſtoteles.

✤Straton, philoſophus peripateticus, qui vixit Alexãdriæ. Laert.

✤Stratõ, rethorices præceptor, ac Bruti familiaris. Plu

Stratonica, opp. eſt Macedoniæ in ſinu Singitico. Pt.

Stratonica, opp. eſt Cariæ conuentus Alabandici, a Stratonice Antiochi vxore dictum.

Stratonicenſis, e. Ci. Princeps Stratonicenſium erat Menippus.

Stratonis turris, opp. eſt Paleſtinæ Iudææ. Pli. lib. 5.

Stratos, opp. eſt Acarnaniæ in Epiro. Plin. lib. 4. ca. 1

‡Strenus, vrbs Cretica, gentile Strenius. Steph.

‡Strepſa, vrbs Macedoniæ gentile Strepſęus. Steph.

✤Stridõ, op. eſt in agro Iuſtiuo politano, a quo D. Hieronymus ortum habuit. Vulgo *Sdriña.*

Strongyle, inſula in mari Siculo vna ex. 7. Aeolijs. Vulgo *Stromboli.*

Strongyle, inſula prius dicta quæ poſtea Naxos. Vulgo *Nicſia.*

Strongylen, a Delo. XVIII. M. paſſuum ſeparant. Pl. lib. 4.

Strongylen, opp. ponit Solinus in inſula. cap. 20.

Strongyle altera, inſula eſt in mari Lycio. Plin. li. 5.

Strophades, inſulæ duæ ſunt adiacentes Peloponneſo. Vulgo *Striuali.*

✤Stropheius, rex Phocidis fuit & pater Pyladis.

✤Struma, nomen viri apud Catullum.

‡Struthia, vrbs Phrygię in finibus Lycaoniæ. Steph.

Strutophagi Aethiopes, ſunt in Aethiopia Aegypti.

‡Strybia, inſula Sporadum, gentile Stribiæus. Steph.

Stryma, oppid. eſt Thaſiorum prope Meſembriam. Hero. lib. 7. Hinc Strymenus & Strymeſius.

Strimona, flu. eſt Macedoniam a Thracia ſeparans.

Strymonius, a, um. a Strymone flu. Verg. Stymoniæq; grues.

‡Stuinus, vrbs Ligurum, Ciues Stuini. Steph.

Stura, flu. eſt in Padum defluens. Plin. lib. 3. cap. 16.

Stura, flu. eſt in agro Laurente. Feſt. Vulgo *Stora.*

Sturij, pop. ſunt Germaniæ. Plin. lib. 4. cap. 15. Vulgo *Los de Staueren en Friſa.*

✤Sturiorum inſula, quæ inter Helium ac Fleuũ Rheni oſtia ſternitur.

Sturium inſula in mari Gallico poſt Stœchades. Pli.

Sturni, populi ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.

Sturnini, pop. ſunt Calabriæ mediterranei.

Stutia, flu. eſt Britanniæ inſulæ. Ptol.

‡Styllagium, vrbs Tryphilliæ: gentile Styllagius. Ste.

Stymphęi, pop. ſunt Aetolorum qui Tymphei.

Stymphalia, regio eſt Macedonię. Ptol.

Stymphalus, mons eſt in Peloponneſo. Ptol.

Stymphalus, opp. eſt Arcadiæ regionis. Ptol.

Stymphalus, Arcadiæ lacus eſt, ex quo Eraſinus flu. erumpit, vnde aues Stymphalides.

✤Stymphalius, a, um. vt Monſtra Stymphalia. Catull.

Styra, æ. ſiue Styre, es. ciuitas eſt Eubœæ. Stra. 10.

Styx, aqua eſt quædam infamis in Arcadia.

✤Styx, fons ad Nonacrin Arcadię exitioſus animalibus, cuius aqua præſentiſsimum eſt venenum.

Styx, igis. palus quædam apud Inferos dicta.

Stygis aquæ, fons eſt in Arabia fœlici. Ptol.

✤Stygius, a, um. Verg. Bis Stygios videre lacus, bis nigra videre Tartara.

S ANTE V.

‡Suagela, vrbs Cariæ ciuis Suagelæus. Steph.

Suana, opp. eſt Tuſciæ mediterraneum. Ptol.

Suanenſes, populi ſunt in eadem Tuſcia. Plin. lib. 3.

Suanetes, pop. ſunt Alpium incolæ. Pli. li. 4. ca. 20. Vulgo *Los de Swindau cabe Paſſau en Auſtria.*

Suardeni, pop. ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ. Ptol.

Suareani, pop. ſunt Vmbriæ in Italia. Plin. li. 3.

Subalpinus, a, um. ſicut Ciſalpinus & Tranſalpinus.

Subaſani, pop. ſunt in Corſica inſula. Ptol.

Subatij, pop. ſunt in Germania. Strab. li. 7.

Subcutile aquæ, ſunt in Sabinis gelidiſsimæ.

Subi; flumen eſt Coſſetaniæ in Hiſpania Plin. lib. 3.

✤Subnouis, dicta eſt pars in foro ædificiorũ, quod vocabulum eius peruetuſtum. Varr.

Subocrini, pop. ſunt Alpini. Pli. lib. 3. cap 20.

Subrita, ciuitas eſt Cretæ mediterranea. Ptol.

‡Subſolanus, ventus dicitur qui ſole oriente ſubnaſci videtur. Gręcis ἀπηλιώτης.

Subula, ſiue Suburis, flumina ſunt Mauritaniæ.

✤Subueteribus, locus in vrbe Roma ſicut Subnouis. Plaut. in Curcul.

Subur,opp.eſt Mauritaniæ Tingitanæ.
Subur,opp.eſt Ilergetum in Terraconenſi.Pli.li.4. ca.3.Vulgo *Siges*,alijs *Cubelles*.
Suburanus,a,um.Verg.Nota Suburanas inter Telethuſa puellas.
Suburbanum,locus eſt Romæ.Fab.Pictori.
Suburra,vicus Romæ à pago Succuſano dicta ei vicino Succuſa,inde mutatis literis Suburra.
Suburrana regio , prima Romæ fuit,authore Varr. de ling.lat. ab eo quod fuerit ſub vrbe antiqua.
Suburra Quintiliano cum tribus literis notatur.Ci. tertiam oſtendit.
S.V.C.in compendium Suburra deſignat.
✥Suburranus,a,um.vt,Suburrana regio.Perott.
Suburgia,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis,Ptol.
Suburpores,populi ſunt Libyæ interioris.Ptol.
Succabar,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Succabon,opp.eſt Bæticæ.
Succaſſes,pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ.Plin.lib.4.
Succentes,pop.ſunt Marſorum in Italia.Plin.lib.3.
Succoſa,ciuitas eſt Ilergetum in Hiſpania.Ptol.
‡Succulæ,dictæ ſunt ſtellę,quæ alio nomine Hyades.
Succuſa,à pago Succuſano putatur dicta à Varrone.
Succuſa deinde mutatis literis dicta eſt Suburra.
Succuſanus,a,um.eadé ratione, idem eſt quod Suburranus.
Sucidaua,ciuitas eſt in Myſia ſuperiori.Ptol.
Sucro,onis,flu.eſt Hiſpaniæ citerioris.Pli.li.3.ca.3 Vulgo *Xucar*,& oppidum eiuſdem nominis.Str.li. 3.quod hodie *Culleria*.
Sucronenſis ſinus,in quem Sucro influit.
Sucrona,opp.eſt Bæticæ.Pli.lib.3.cap.1.
Sucubo.opp.eſt in Hiſpania.Pli.lib.3.cap.1.
Sudaua,ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Sudernũ,ciuitas eſt Tuſciæ mediterranea.Pto.Vulgo *Muderno*.
Sudernum,pro Tuderno mendoſè legitur apud Plinium lib.3.
Suderiani,pop.ſunt Hetruriæ.Plin.lib.3.cap.5.
Suderi montes,ſunt in Germania magna.Ptol.
Sudidenis,ciuitas eſt Africæ inter duas Syrtes.Ptol.
Sudini,pop.ſunt Germaniæ magnæ.Ptol.
Suebri,pop.ſunt prouinciæ Narbonenſis.Pli.li.3.
Sueconi,pop.ſunt Galliæ Belgicæ.Pli.li.4.
Suelteri,populi ſunt prouinciæ Narbonẽſis Pli.li.3
Suelũ,ciuitas eſt in Hiſpania.Ptol.Vulgo *Chipiona*.
Suinite,pop.ſunt in Rhætia.Ptol.
Sueſia,palus eſt in Germania.Pomp.lib.3.cap.3.
Sueſſa,Colonia eſt Romanorũ in Italia.Vulgo *Seſſa*
Sueſſanus,a,ũ.Cic.C. Naſeniũ municipẽ Sueſſanũ
Sueſſetani,pop.ſunt Hiſpanię.Liuio.
Sueſsiones,ſiue Sueſsi,pop.ſunt Galliæ Belgicæ.Pl.
Sueſſula,ciuitas eſt in Italia. Strab.lib.5.Vul.*Seſſula,no lexos de Napoles*.
Sueſſulani,pop.ſunt a Sueſſula.Plin.lib.3.cap.5.
Sueſtaſium,ciuitas eſt Cariſtorum in Hiſpania. Pt.
Suetri,pop.ſunt Alpium incolę. Plin.lib.3.cap.20.

Sueui,pop.ſunt Germaniæ Bauaris finitimi,Suenia dicta eſt eorum regio.
✥Sueui, olim circa Albim habitauerũt,& pluſquã cẽtum pagos habuerunt.
Sueuus,flu.eſt Germaniæ.Ptol.Vulgo *Spre*.
Suffenates,pop. fuerunt Italiæ antiquiſsimi.Plin.
Suffena,ciuitas fuit illorum populorum.
Suillates,populi ſunt Vmbriæ in Italia.Plinio.li.3. capite.14.
Suinum,flumẽ eſt Piceni in Prętuciana regione.Pl. Vulgo *Salino,en Abruzzo*.
Sulchi,orum.opp.eſt in Sardinia inſula.Strab.
Sulchitani,pop.ſunt eiuſdẽ Sardiniæ Pli.li.4.ca.2.
Sulchenſe promontorium eſt in eadem Sardinia.
Sulgas,flu.eſt prouinciæ Narbonenſis. Strab.li.4.
Sulmo,onis.opp.eſt Latij quod interijt.Plin.lib.3.
✥Sulmo,a Solemo Aeneæ comite conditum fuit.Ou.
Sulmonenſis,e.a Sulmone.Iu.De Sulmonenſi mira.
✥Sulpitius Galba,Romanus quidam a quo horrea Sulpitia dicta leguntur apud Horat.4.Carm.
Sumanecti,pop.ſunt Galliæ Belgicæ.
✥Summanus,deus antiquis creditus, cui nocturna tribuebant.
✥Summanus,dictus fuit Pluto quaſi ſummus manium Ouid.Summo templa feruntur.
Sunium,vicus & promontorium eſt in Attica regione.Vulgo *Cabo de Columbas*.
Sunij,pop.ſunt in eadem Attica.
Sunium,promont.eſt Paros inſulæ.Ptol.
Superatij,pop.ſunt in Hiſpania.Ptol.
Superequani,pop.ſunt Pelignorum in Italia. Plin.
Supernates,pop.ſunt Italiæ ſicut infernates.Feſt.
Superum mare, Adriaticum dicitur. Vulgo *Golfo de Venecia*.Inferum verò Tyrrhenum. Vulgo *Mar de toſcana*.
Suptus,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
‡Sura,locus Lyciæ vbi oracula dabantur.Steph.
Surdaones,populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.Pli.lib. 3.cap.3.
Suriates,pop.ſunt Vmbriæ qui perierunt.Plin.li.3.
Surium,opp.eſt in Hiſpania.Ptol.
Surrentium,promont.eſt Mauritaniæ.Plin.lib.5.
Surrentum,opp.eſt in ora Campanię. Pl.lib.3.ca.5.
Surrentum,a Græcis conditum eſt,alio nomine Petrę Sirenum.Plin.
Surrentinus,a,um.Mart. Surrentina vaferq miſcet vina,& Surrentini colles.Colum.lib.6.
Surſes,& Surſenę,vrbes põtificię a Turſib. Myrſilo
Suſæ,arũ.ſiue Suſa,æ.ciuitas eſt metropolis Suſianę
Suſa,ſuper Choaſpẽ fluuium ſita eſt,diciturq́.Mennonia.Herod.
Suſianus,a,um.Trog.Poſt mortem Alexandri Suſiana gens.
Suſaleos,villa eſt in Sardinia inſula.Ptol.
Suſiana,regio eſt Perſidis in maiori Aſia. Plin.li.6.
✥Suſiani,pop.qui Suſianam incolunt. Pli.li.6.ca.27.
✥Suſinus,a,um.vt:Suſinum vnguentum a Suſis appellatum.

Suſudata, ciuitas eſt in Germania. Ptol.
Sutrium, opp. eſt Tuſciæ mediterr. Ptol. Vul. *Sutri.*
Sutrij, pop. ſunt Italiæ a Sutrio dicti.
Sutrius, a, um. Sil. lib. 8. Qui Sutria tecta, haud procul & cæt.
✥Suxus, nomen elephanti qui in Punico bello fortiter præliatus fuerat, impoſitum. Cat.
Suzei, pop. ſunt in Perſide regione. Ptol.

S ANTE Y.

‡Syagra, regio Ciliciæ: gentile Syagræus. Steph.
Syagros, promont. eſt in Arabia fœlici. Ptol.
‡Syaſſus, vicus phrygiæ: gentile Syaſſeus. Steph.
Sybaris, oppidum antiquiſsimum. XII. M. paſſuum ab vrbe diſtans.
Sybaris, flu. Calabriæ cuius aqua pota greges ſternutamentis agitantur. Strab. lib. 6.
✥Sybaris, prius dicitur quæ poſtea Thurion. Steph.
Sybaritæ, pop. ſunt illius ciuitatis.
Sybaritæ, gens in architectura voluptatũ operoſiſsima. Suid.
Sybaritæ enim nimio luxu notabiles erant, vnde
✥Sybariticum, quicquid molle, effœminatum, atq; ambitioſa luxuria paratum eſt dicitur.
✥Sybariticas nequitias, Philo Hebræus vocat laſciua poëmata.
✥Sybariticas fabulas, quę parum pudicę aut aniles eſſent appellatas tradit Suidas.
Sybaritica menſa, pro lauta dicitur ſiue Saliaria.
✥Sybariſſare, Sybaritarũ ritu delicijs indulgere dictũ
Sybaritanus, a, um. Varr. In Sybaritano agro.
Sybaris quoq;, Colchorum eſt regio. Diod. lib. 5.
✥Sybaris, nomen iuuenis apud Horat. lib. 1. Carm.
‡Sybennitica, præfectura maritima in Aegypto. Ste.
Sybota, portus eſt in Epiro. Ptol.
Sybota inſula eſt inter Corcyram & Leucadiam. Pl. Vulgo *Siuita.*
‡Sybridæ, vicus in Erechtheide tribu. Steph.
Syca, ciuitas eſt in Thracia, Sicilia & Aegypto.
Syca, ſiue Sycæ, arum. ciuitas eſt Propontidis.
Sycinus, a, ũ. a Syca in Propõtide. Pl. In Sycino agro
Syca, opp. fuit in Sicilia inſula. Thucyd.
Syca, opp. eſt Numidiæ opinor, vbi eſt templum Veneris. Valer.
Sycaminos, opp. eſt Syriæ Phœnices. Ptol.
Syce, inſula eſt iuxta Epheſũ ciuitatẽ. Pli. li. 5. ca. 31.
Syceus, vnus Titanum, quẽ fugientem Tellus mater ſuſcepit, & inde ficum protulit. Steph.
Sycta, ciuitas eſt in Perſide regione. Ptol.
✥Syderis, fluuius eſt à quo mare Hyrcanum vocari incipit.
Syene, opp. eſt diuidẽs Aethiopiã ab Aegypto. Pli. Vulgo *Gaguera.*
Syes, pop. ſunt in Italia. Strab.
Syginnæ, pop. ſunt Lucaniæ. Herod. lib. 5.
Syla, mons eſt ſyluæ Lucaniæ. Verg. lib. 12. Aeneid.
Sylenus, flu. eſt Teuthranię regionis. Pli. li. 5. ca. 30.
‡Sileon, vrbs Phrygiæ: gentile Sylcius. Steph.
✥Sylla, nobilis Romanus, ex antiqua Scipionũ familia, in adoleſcentia omnibus flagitijs inquinatus.
✥Syllan*, a, ũ. Cic. Qui nos Syllanos in inuidiã rapit.
✥Syllaturio, is, ire. Syllam imitari. Cice. Ita Syllaturit animus eius.
✥Syllanion, ſtatuarius nullo doctore nobilis.
‡Syloſon, Policratis Samiorum tyranni frater. Strab.
‡Syluani, dij ſunt ſyluarum. Lucan. lib. 3.
✥Syluanus, Syluarum deus quem Græci πᾶνα vocant
✥Syluia, nomẽ quo Ilia Romuli mater vocata eſt Ver
✥Syluius, Aeneæ filius, a quo omnes Albani reges dicti Syluij fuere. Seru. in. 7. Aeneid.
Symbolorum portus, eſt in Taurica regione. Ptol.
Symbri, pop. ſunt Corſicæ inſulæ. Ptol.
Symbri, pop. ſunt in Gallia Ciſalpina. Strabon. li. 5.
Symethus, flu. eſt Sicilię non longẽ ab Aetna. Vulgo *Marcelino.*
Symethij, pop. ſunt Siciliæ inſulæ a Symetho fluuio
Symethinus, a, um. Iul. Firm. Prope alueum Symethini amnis.
Symethis, idis. a Symetho flu. Ouid. Nymphaq; Symethide cretus.
Symethius, a, um. Verg. Symethia circum flumina.
Syme, inſula eſt Rhodiorum quæ prius Aegle a Syma Ialyſi filia. Plin. lib. 5. cap. 38.
✥Symeon, nomen eſt viri proprium.
Symithia, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
‡Symmachus, Romanus orator, aduerſus quẽ Prudẽtius & Ambroſius acerrime ſcripſerunt.
Symmachus, ſacrorũ librorum fuit interpres doctrinæ parum ſynceræ. Euſeb.
Symphus, inſula eſt adiacens Macedoniæ.
Symplegades, inſulæ duę ſiue ſcopuli ad Boſphorũ Thracium. Vulgo *Pauonare.*
‡Synangus, vrbs Phœnicum: gentile Synangius. Ste.
✥Syneſius, philoſophus Chriſtianus è Pentapoli Africę, præſul Ptolimaidis. Steph.
Synnada, opp. eſt Phrygiæ magnæ. Ptol.
Synnada, ciuitas eſt Lycaoniæ.
Synnadicus conuentus, ab eadem Synnada dictus.
✥Syphax, rex fuit Numidarum qui victus a Scipione ductus eſt in triumphum, expirauitq; in carcere.
Syracuſæ, arum. ciuitas eſt clariſsima Siciliæ. Vulgo *ſaragoça de Sicilia.*
Syracuſij, ſiue Syracuſani, populi inde dicti.
Syracuſius, a, um Gręce dicitur Latinẽ Syracuſanus
Syracuſani fuere Theocritus, & Dionyſius Syracuſanus.
‡Syrbanæ, inſula in Euphrate: gentile Syrbanus. Ste.
Syrbotæ, Pli. li. 7. dicuntur qui ſupra Ptol. Sirbites.
Syrges, fl. eſt in Mæotida paludẽ defluens. Her. li. 4.
Syria, regio eſt latiſsimẽ patens in Aſia.
Syria cœlos. i. curua, non vt Galeni interpres vertit Syria profunda.
Syriacus, a, um. Suet. Exercitus Iudaicus & Syriacus.
Syrius, a, um. ſiue Syrus, a, um. quod eſt ex Syria.

Syriaticus,a,um. Liuius. Aduerſus eandem Syriaticam claſſem.

Syriſcus,a,um. Verg. Coppa Syriſca caput Graia redimita puella.

✠ Syricus,a,um. vt Syrica mala. Colum. lib.5. cap.10.

Syri, a Græcis Cappadoces dicuntur. Herod. lib.1.

‡ Syrianus Alexandrinus, philoſophus Platonicus Athenis docuit, huius diſcipulus Proclus fuit. Suid.

✠ Syrictę, gentes ſunt inter Nomadas Indos. Pli. lib.7.

Syrini, populi ſunt Lucaniæ in Italia. Pli. li.3. ca.5.

✠ Syrinx, nympha Arcadiæ, quam Pan ruſticorum deus adamauit, mutata in paluſtres calamos.

Syriſus, inſula eſt Ioniæ Aſiæ oppoſita.

✠ Syrtha, filia fuit Syluialdi Danorum regis memorandæ pudicitiæ. Saxo. lib.7.

‡ Syrmęum, campus inter Nomades & Nabathos. St.

‡ Syrmatæ, ijdem qui Sauromatæ. Steph.

‡ Syrna, vrbs Cariæ, a Podalirio condita Steph.

Syrnus, inſula eſt vna è Cycladibus in Aegæo. Plin. lib.4. Vulgo *Sitino*.

Syrocilices, pop. mixti ex Syris & Cilicibus.

Syromedi, pop. ſunt mixti ex Syria & Media

Syrophœnix, qui habitat in ora maritima Syriæ iuxta Euphratem, cuius pars Idumæa, & Iudæa.

Syros inſula, eſt vna è Cycladibus. Vulgo *Sira*.

Syritanus, Damaſus quidam dicitur Hieron. a Syro inſula opinor.

✠ Syrſigambis, Darij mater, quę audita morte Alexandri, ſeſe perpetuæ nocti dedit Q. Curt.

✠ Syrtes, loca circa finem Africæ verſus Aegyptum periculoſiſsima propter aquas reciprocas.

Syrtes, duæ ſunt in finibus Africæ, maior & minor. Vulgo *Baxos de barueria*.

Syrticus,a,um. Sil. Syrticus excelſo decurrens robo (ra monte.

Syrtitæ, pop. ſunt Africæ propriæ. Ptol.

✠ Syrtium deſcriptionem vide apud Salluſtium in bello Iugurthino.

Syrus, inſula Ionię cum vrbe eiuſdem nominis, vñ Pherecides Syrus ortum habuit.

Syrus,a,um. a Syro dicitur inſula ſiue vrbe.

Syſidra, ciuitas eſt Ciliciæ Thracheiæ finitima.

Sythius, inſula eſt Cretæ. Strab.

DE INCIPIENTIBVS A Litera T.

TAbę, arum. opp. eſt Cariæ. Pli. lib.5. cap.27.

Tabali, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ. Ptol.

Tabana, opp. eſt in Taurica Cherſonneſo. Ptol.

‡ Tabeni, po. iuxta deſertũ Carmanię habitantes. St.

Taberent, pop. ſunt iuxta Chalibes. Pomp. li.1. c.21.

Tabiana, inſula eſt adiacens Perſidi regioni. Ptol.

Tabidium, opp. eſt Africæ interioris. Pli. lib.5. ca.5.

Tabiena, regio eſt in Parthia. Ptol.

Tabieni, pop. ſunt Aethiopiæ Aegypti. Ptol.

‡ Tabij, vrbs Italiæ in qua Remus inſtitutus eſt. Step.

Tabilaca, ciuitas eſt in Armenia.

Tabis, mare ſeptentrionale. Solin. cap.25.

Tabis, promont eſt ad Idras. Solin.

Tabor, mons in medio Galileę rotũdus ac ſublimis

Tabraca, opp. eſt Africæ propriæ dictæ.

Tabuda, flu. eſt in Morinorum ora. Pt. Alio nomine Scaldis. Vulgo *Eſcalde*.

Taburnus, mons eſt Cãpaniæ. Verg. Ingentẽ veſtire Taburnum. Vulgo *Monte taburo, en tierra de Lauoro*.

✠ Tacapæ, arum. opp. eſt Africæ propriæ. Ptol.

Tacaphotis, villa eſt marmaricæ in Aegypto. Pto.

Tacatua, opp. eſt in ora Numidiæ. Ptol.

Tachaſara, ciuitas eſt Mediæ. Ptol.

Tachempſo inſula quædam Nili. Herodoto. lib.2.

Tachorſa, vicus eſt præfecturæ Libycæ in Aegypto.

✠ Tacitus Cornelius, orator & hiſtoricus clariſsimus. ſub Adriano principe, familiaris Plinij iunioris.

Tacola, Indiæ ẽporiũ extra Gangẽ Pto. Vul. *Malacha*

Tacubis, ciuitas eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ. Pto.

Taddæus, nomen eſt viri proprium.

Tader, fluuius eſt Hiſpaniæ citerioris. Pli. li.3. ca.3.

Tadiates, pop. fuerunt Aequiculorum in Italia. Pli.

Tænarus, promontorium eſt Laconiæ regionis. Pli. Vulgo *Cabo Matapan*.

Tænarus, locus vmbroſus in radice Maleæ, promontorij Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes.

Tęnarius,a,um. a Tænaro, vt, Luci Tenarij. Sta.

Tænaris, idis. Ouid. Excepit portu Tænaris ora ſuo.

Tæntológa, ciuitas eſt Mauritaniæ Tingitanicæ. Pt.

Tænon, fuit vrbs in Laconia. Herm. in Plinij. li.9.

Taèpa, ciuitas eſt Perſidis regionis. Ptol.

Tagama, ciuitas Libyæ interioris. Ptol.

Tagaſta, opp. eſt Africæ propriæ dictæ. Pli. li.5.

Tagaſta, diui Aurelij Auguſtini patria fuit.

Tagaſtẽſis Alipius, in cõcilio Carthaginẽſi interfuit

Tagaſtenſis,e. a Tagaſta ſuperiori.

✠ Tages, aruſpicinæ inuentor fuit. Ci. li.2. de Diuina.

Tagri populi ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.

✠ Tagrus, mons Luſitaniæ, apud quem quædã equæ dicuntur è vento concipere.

Tagus, fluuius eſt Luſitaniæ iuxta Toletum præterfluens. Vulgo *Tajo*.

✠ Tagus, aureis arenis celebratur. Pli. li.3. ca.3.

‡ Tamni, populi a Sarracenis ad meridiem vergẽtes.

Taizalum, promontorium eſt in Britannia. Ptol.

Tala, mons eſt Libyæ interioris. Ptol.

Talabrica, op. eſt in Luſitania. Pto. Vulgo *Talauera*.

Talęmeneus, viri propriũ qui Troianis auxilia miſit

Talamina, ciuitas eſt Seurorum in Hiſpania. Pto.

✠ Talaon, filius fuit Iaſij qui apud Argos regnauit. Boca. lib.2. ca.38.

Talarenſes, pop. ſunt Siciliæ inſulæ. Pli. li.3.

‡ Talaria, vrbs Syracuſiorum, gentile Talarius. Steph.

✠ Talaſio, virginitatis deus apud Romanos exiſtimatus. Seru.

Talaſsio, ciuitas eſt in Peloponneſo. Strab.

Talaus,

Talaus,fluulus in Italia. Strab.li.6. Vulgo *Coeco en Baſilicata.*
Talbonda,ciuitas eſt Piſidiæ in Pamphylia.Ptol.
Talcinum,opp.eſt in Corſica inſula.Ptol.
✤Talga,inſula in Chaſpio mari ſine cultu fertilis.Pō.
✤Thalthybius,pręco Agaménonis in Gręcorum exercitu.Hom.Iliad.2.
Talubath,ciuitas eſt Lybiæ interioris.Ptol.
Talus,flu.eſt in Mauritania. (*ſtock.*
Tamara,opp.eſt Británię inſulę,Pto. Vulgo *Tanerſtock.*
Tamar,flu.eſt Galleciæ in Hiſpania.Ptol.
Tamarici,pop.ſunt a Tamara Galleciæ dicti.
Tamarici fontes,ſunt in Cantabria,Pl.lib.31.cap.2.
Tamarus,flu.eſt Britāniæ inſulæ.Pto. Vulgo *Tone.*
Tamarica,ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
✤Tamaritæ,pop.Aſiatici non longe a Caſpio mari.
‡Tambrax, vrbs Parthorum, gētile Tambracius.Ste.
Tamia,ciuitas eſt Britanniæ inſulæ.Ptol.
‡Tamna,vrbs Arabiæ,ciuis Tamnites.Steph.
Tamos,promontorium eſt Tauri montis.Pomp.
Tamuda,ſiue Tamuada,flu.eſt Mauritanię.Plin.
Tamus,Cretæ vrbs eſt Herod.lib.4.
Tamuſida,oppidū eſt Mauritaniæ Tingitanę mediterraneum.
Tamuſiga,opp.eſt eiuſdem Mauritaniæ.Ptol.
‡Tamyna,vrbs eſt Erethriæ vbi Iupiter Taminæus.
Tamyraca,ciuitas eſt in Sarmatia Europæ.Ptol.
Tanadarus,ciuita s eſt Armeniæ minoris.Ptol.
✤Tanager,flu.Lucaniæ inter Cāpaniam & Calabriā. Verg.Et ſicci ripa Tanagri.
Tanagra,opp.eſt Bœotiæ.Plin.li.3.cap.21.
Tanagra altera,ciuitas eſt in Perſide.Ptol.
Tanagręus,a,um.res ad Tanagram pertinens.Cic.
Tanais,flu. eſt Scythiæ dirimens Europam ab Aſia.
Tanais,fluui.in Mœotidem paludem defluit. Vulgo *Don,o Tana.*
✤Tanais,oppidum ad fluuij oſtia à Græcis conditum. Pli.li.2.cap.98.
Tanais,opp.eſt in Sarmatia Europæ & Aſiæ.
Tanais,inſula eſt Ponti Euxini.
Tanaiticus,a,um.i.res ad Tanaim pertinens.
Tanaitæ,pop.ſunt vtriuſq; Sarmatiæ.
✤Tanaquil,vxor fuit Priſci Tarquinij.Pl.li.32.
Tanarus,fluuius eſt in Padum fluens.Pli.li.3.ca.16. Vulgo *Tanaro.*
✤Tanas,opp. non longe a Tana quod Venetis paret.
Tanatis,flu.eſt Myſiæ ſuperioris.Ptol.
Tanea,vicus eſt Perthorum.Trog.li.11.
✤Tanes,vir Perſa,vnus fuit è ducibus Darij.
Tangana,ciuitas eſt Libyæ interioris.Pto.
Tanis,eos.ciuitas eſt antiquiſſima in Aegypto,a qua
Tanicum,ſiue Taniticum oſtium,vnū ex ſeptē Nili.
Tanitana plaga,in Aegypto eſt Herod.li.2.
Tanites nomos,prefectura eſt in Aegypto.Ptol.
Tanitum,opp.eſt Galliæ Togatæ in Italia.Pto.Vul. *Tanedo.*

Tanitani,pop.ſunt in octaua Italiæ regione.Pl.li.3.
Tanos,vrbs Cretæ gentile Tanius.Steph.
Tantalis,opp.eſt Ioniæ quod poſtea Sipylum dictū.
✤Tantalus,Phrygiæ rex Iouis ex Plote nympha filius, cum Troē Dardaniæ rege bellum geſsit.
✤Tantalus,apud inferos detruſus perpetua fame & ſiti torquetur.Ouid.Quęrit aquas in aquis.&c.
✤Tantalo,hoc tormenti genus inductū,quod deorum ſecreta mortalibus reuelauerit.Ouid. (Pla.
✤Tātalus dictus,quaſi ταλάν]α]ον.i.infœliciſsimum.
✤Tantalus alius,Corinthtorū rex ob pietaté deorum menſis dignatus.
✤Tantalus ité, Thyeſtis ex Merope filius,interfectus & appoſitus eſca patri.Horat.
‡Tantalus,mons Leſbi gentile Tantalius.Steph.
✤Tantaleus,a,um.Propert.Tantalea poterit tradere poma manu.
✤Tantalicus,a,um.Claud.Nō aqua Tantalicis ſubducitur inuida curis.
✤Tantalis,idis.dicta eſt Niobe Tantali filia.
Taoca,ciuitas eſt in Perſide regione.Ptol.
‡Taochi,pop.intra Pontum,qui & Toæ.Steph.
Tapanitæ,pop.ſunt præfecturæ Marmaricæ.Ptol.
Taphiæ,inſulæ ſunt inter Leucadiam & Achaiā.Pl.
Taphiaſſus,mōs eſt Aetoliæ regionis. Pl.li.4.ca.2.
✤Taphij,dicti ſunt pop.a Tapho Neptuni filio.
Taphiuſa,locus iuxta Leucadem in quo Taphiuſius lapis naſcitur.Pli.li.36.ca.21.
✤Taphiuſa,op.Cephallenię quōdā Taphos appellatū
✤Taphnis,ciuitas in Aegypto,cuius habitatores Taphnei dicti.
Taphræ,opp.eſt in Taurica Cherſonneſo.Pli.li.4.
Taphræ,op.eſt Aphricæ inter duas Syrtes. Pli.li.5. Vulgo *Fachi,villa y puerto.*
Tapori,pop.ſunt Luſitaniæ ſtipendiarij.Pli.li.4.
Taposiris,opp eſt Marcotæ prefecturæ.Ptol.
✤Taposiris dictum,quia in eo ſit ſepultus Oſiris.Ste.
✤Taprobane,inſula eſt in mari Indico admodū grādis
Taprobane, longiſsima vita ſine vllo languore traducitur.Artem.
✤Tapſagum,opp.eſt Cyrenaicę regionis.Pl.li.5.ca.5.
✤Tapſus,inſula.10.ſtadijs diſtās a Sicilia verſus Syracuſas.Vulgo *Iſola delli Magniſi.*
Tapura,ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptol.
✤Tapyri,pop. Parthiæ qui proprias vxores alijs viris nuptui concedunt.Strab.
Tarachiæ,inſula eſt prope Corcyram.Pli.li.4.ca.12.
Taranis,dicebatur Iupiter a Gallis,cui humano ſanguine litabant.
Tarantaſea,ciuitas eſt in Alpibus ſita.Vul. *Tarēteſa.*
Taranta,a quodam heroe dixerunt,inquit Strab.
Taranton,Græcè genere neutro,quod apud nos Tarentum dicitur.
Taras,genere quoq; maſ.dicit̃ ꝑ eo quod Tarentum
‡Tarantas,vrbs Bithyniæ, vbi Iupiter Taranteus colitur.Steph.

✤Taras,

✠Taras, Neptuni filius qui Tarentum ædificauit.
Taraſcodunitani, pop. ſunt prouinciæ Narbonenſis
Tarba, ciuitas eſt Cretæ inſulæ. Ptol.
Tarbeli, pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ Pl. li. 4. ca. 19.
Tarbelicus, a, ũ. Luc. Admiſſum claudit Tarbelicus æquor.
✠Tarchetius, impi° Albanorũ rex, de quo Plut. in vita (Romuli.
‡Tarchia, vrbs Siciliæ gentile Tarchiates. Steph.
Tarchon, Hetruſcorum dux, quæ Aeneæ contra Turnum & Rutulas ſuppetias tulit.
‡Tarchonion, vrbs Thyrrheniæ, a Telepho filio Tarchonis, Steph.
Tardaſtili, pop. ſunt Indorum. Pli. lib. 24. cap. 17.
Tarentũ, ciu. eſt Italiæ in ſinu Tarẽtino. Vul. *Tarãto*.
Tarentinus, portus eſt celebris prope Tarentum. Pl.
✠Tarentinus, a, um. quod ex Tarento eſt, vt Tarentina nux, & Tarentina pyra Plin.
Taretica, promontorium eſt Sarmatiæ Aſiaticæ. Pto.
Targarum, opp. eſt Africæ ſub Adrimytto. Ptol.
Targuli, pop. ſunt Germaniæ. Cæſari.
Tariana, ciuitas eſt in Suſiana regione. Ptol.
Tarichea, ciuitas eſt Iudęæ Paleſtinæ. Plin. lib. 5.
Tarichię, inſ. ſunt e regione Carthaginis. Str. lib. 17.
Tarina, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Tariona, caſtellum eſt Liburniæ ſeu Dalmatiæ. Pli.
Tariotarum antiqua regio, eſt in Liburnia. Pli. li. 3.
Tarna, ciuitas eſt in Bœotia. Strab. lib. 9.
Tarnes, fons eſt in Lybia regione. Plin. lib. 5. ca. 29.
Tarnes, fluuius eſt in Gallia Aquitanica.
Tarodunum, oppidum eſt in Germania magna. Pto. Vulgo *Riedlingen*.
Tarona, ciuitas eſt in Taurica Cherſonneſo. Ptol.
✠Tarbeia, filia fuit Tarpeij, quæ Romanam arcem in Capitolio conſtitutam Sabinis prodidit.
Tarpeus, mons Romæ, a Tarpeia virgine Veſtali dictus, quæ ibi Sabinis necata & ſepulta fuit.
Tarpeius mons, prius Saturnius, poſtea Capitolium dictus. Vulgo *Campidolio*.
Tarpeus, a, um. Lucan. Tarpeia de rupe tonans.
‡Tarphe, vrbs Locrorum: gentile Tarpheus Steph.
‡Tarphara, vrbs fœlicis Arabiæ: ciuis Tarphenus. St.
Tarquini, orum. opp fuit Tuſçię mediterraneũ. Pto.
Tarquinienſes, pop. ſunt Hetruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.
✠Tarquinienſis, e res ad Tarquinios pertinens.
Tarquinius Priſcus, quintus fuit Romanorũ rex. Li.
✠Tarquinius Superbus, rex Romanorum, cognomen a moribus meruit: huius filius Lucretiã ſtuprauit.
✠Tarquinius Collatinus, ſorore Tarquinij Superbi genitus, Lucretiæ maritus. Liuius. libro 1.
Tarrabeni, pop. ſunt Corſicæ inſulæ. Ptol.
Tarracina, ciui. eſt Latinorũ in Italia. Pt Vul. *Gaeta*.
✠Tarracina, poſtea dicta, q̃ prius Anxur & Trachyna.
✠Tarracina, Trachyna dicta a loci aſpredine. Liuius.
Tarraco, ciuitas eſt Hiſpanię citerioris. Pomp. lib. 2. Vulgo *Tarragona*, a qua
Tarraconenſis Hiſpania, eadem quæ citerior.
Tarraconẽſe vinũ, celebratur a Martiali in diſtichis.
Tarraga, ciuitas eſt Vaſconum in Hiſpania. Ptol.
Tarragenſes, pop. ſunt Hiſpaniæ citerioris. Pli. li. 3.
Tarrum, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
‡Tarſatica, ciuitas eſt in Illyride ſeu Liburnia Pto.
Tarſe regnum, Aſiæ regio quæ olim Gedroſia.
‡Tarſeium, vrbs iuxta Herculis columnas, Polyb.
✠Tarſis, regio Iudææ ad quam Ionas propheta ſe velle ire dixit.
Tarſium, ciuitas eſt Pannoniæ inferioris. Pto.
Tarſus, ciuit. eſt mediter. Ciliciæ, Pto. Vulgo *Tarſo*.
✠Tarſus, a Perſeo Danaes filio ædificata fuit. Lucan.
✠Tarſus, apoſtoli pauli fuit patria.
Tarſus, regio dicta eſt quæ poſtea vocata Cilicia.
✠Tarſenſes, adeo ſtudioſi philoſophiæ fuerunt, vt Athenienſes, & Alexandrinos ſuperarent.
✠Tarſenſes, e a Tarſo. vt, Tarſenſe pelagus. Colũne.
✠Tartari, Sarmatiæ populi Scythicis moribus immaniores.
Tartari, videntur eſſe qui tractari & nunc Tartari.
‡Tartarus, locus infernalis, cuius apud poëtas crebra mentio.
Tarteſſus, ciuitas eſt Beticæ eademque Carteia. Põ. Vulgo *Tariffa*.
Tarteſſus, idẽ eſt qui Bętis, poſtea dictus *Guadalquebir*
Tarteſiacus, a, um. Sil. Ac Tarteſiacos tendit per littora portus.
Tarteſiius, a, ũ. Ouid. Preſſerat occiduus Tart. littora Phœbus.
Tarualtæ, populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Taruanna, opp. eſt Morinorum in Gallia Belgica. Ptol. Vulgo *Terouana*.
Taruda, opp. eſt Mauritaniæ Cęſarienſis. Ptol.
Tarueduin, quod & Oreas, opp. eſt in Britãnia. Pto. Vulgo *Dungiſbe*.
✠Taruntius, vir fuit philoſophiæ & mathematicæ ſtudioſus. Plutarch. in Romulo.
Tarus, flu. eſt in padum defluens. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgo *Tarro*.
Taruſates, pop. ſunt Gallię Aquitanicæ. Cęſa.
✠Taruſco, opp. eſt prouincię Narbonenſis. Pt. Vulgo *Taraſcon*.
✠Taſinenes, vnus ex filijs Neſtoris.
Taſta, ciuitas eſt in Aquitania. Ptol.
Taſtina, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
✠Tatianus, nomen eſt viri proprium.
✠Tatienſes, tertia pars pop Romani a T. Tatio dicta.
✠Tatius, rex fuit Sabinorũ, qui aduerſus Roma. bella geſſit. ſed demũ a Romulo in vrbem receptus eſt.
Tatta, ſtagnum ſalis natiui, in gente Morimenorum in confinio Cappadocię & Galaciæ Str.
Tattęus a, um. a Tatta ſtagno. vt Tattæus ſal.
✠Tatteus ſal, Phrygi° vocat, qui eſt vtilis oculis. Dioſ.
‡Taua, vrbs Aegypti, ciuis Tauites. Steph.
‡Tauaca, vrbs Sicilię, gentile Tauacinus. Steph.
✠Tauchira, ciuitas eſt Bαrcęorum. Herod. lib. 4.
Taugetas. Hom. 6. Odyſſ. pro eo quod Taygetos, per au dipthongon dicitur.

Taugetos & Taugető quoq; dr per *a* & ypſilő in pri(ma
Tauium, op.eſt.Trocmorum in Galatia.Ptol.
Taulātij,populi ſunt Liburniæ.Pli.libro tertio,capite vigeſimo ſecundo.
Taulanij,populi ſunt Macedonię.Ptol.
Taurania,opp.in agro Campano.Plin.lib.3.cap.5.
‡ Taurarij,populi in Taurica regione conſtituti.Step.
✤ Taurea, Iubellius Campanus,vir memorādę fortitudinis,Liuius de bello.Plin.lib.2.
Taurentium,opp.eſt Galliæ Narbonenſis.Pto.
✤ Taure*, Neptuni epithető quia ei tauros immolabāt (facti.
Tauri,populi Alpium incolæ.
‡ Tauri,& Taurilia,ludi in honorem deorũ inferorum
‡ Tauri,populi ſunt Tauricę regionis incolę. Pomp.
Taurianum,opp.eſt in littore Brutio iuxta Rhegium
Taurianus ſinus,cognominatus ab eodem oppido.
Taurica Cherſonneſus,regio eſt ſeptentrionalis,Europę.Vulgo *Capha*.
Tauri,& Taurici,populi ſunt eius regionis.
✤ Tauricus,a,um.vir aut fœmina ex Taurica regione.
Tauricum,opp.eſt Gallię,vnde oritur Danubius.
Taurini,cognomine Aquenſes,populi ſunt Hetrurię
Taurini,populi ſunt in Tranſpadana regione.Pl.li.3 Vulgo *Piamonte*. (campis.
✤ Taurinus,a,um.Sil.Taurinis ductor ſtatuit tentoria
Taurisani montes,vnde Silis fluuius oritur.Pli.li.3.
Taurisani,pop.ſunt qui Tauriſci dicuntur.
Tauriſci,ſunt qui Norici quos Carnos dicit prius dictos.Plinius.
Tauriſci,ab Axi.i.tauro nominati ſunt authori eidē.
Taurisium,ciuitas eſt condita a Tauriſanis ſiue Tauriſcis.Vulgo *Triuiſi*.
Taurisum,corrupte proferunt Triuiſium.Io.Annio
‡ Taurois,vrbs Celtica Maſsilienſium colonia.Steph.
Tauromínium,opp.Siciliæ in colle ſitum cui Taurinomen fuit.Vulgo *Taormina*.
Taurominitanus,a,ũ.res ad Taurominiũ pertinens.
Tauroëntium, oppidum Gallię Narbonenſis, quod ſupra Taurentium.
‡ Tauropolion,Dianę templum in Samo. Stra.lib.4.
Tauroſcythę,pop.ſunt Sarmatię in Europa.Ptol.
✤ Taurubulæ,arum.inſula prope Neapolin.Stat.
✤ Taurunum, oppidum eſt Pannonię inferioris. Ptol. Hodie *Alba Græca*.Vulgo *Griex vuiſſenburg*.
✤ Taurus Berytius,philoſophus Platonicus ſub Antonino principe,cuius ſæpé meminit Gellius.
Taurus, mons ingens ad occaſum porrectus, prope Tigrim& vltra Euphratem. Pli. Vulgo *Corteſtan*.
Taurus,promontorium eſt Siciliæ inſulę.Ptol. Vulgo *Cabo de ſanta cruz*.
Taurus,mons eſt Germaniæ.Pomp.lib.3.cap.3.
Taurus,alueus eſt quo Alexandriā aditur.Pli.5.ca.31
Taurus,ciuitas eſt in Dalmatia.
Tauri promontorium eſt in Lycia regione.Pō.lib.1.
Taurica,ciuitas eſt in Media.Ptol.
Taxiana,inſula eſt adiacens Suſianę regioni.Ptol.
✤ Taxila,vrbs Indiæ maxima:gentile Taxilites. Step.
Taxili.populi in India.Strab.lib.5.
✤ Taygeta,Agenoris fuit filia,ex qua Iupiter Lacedæmonē genuit, quanquā alij Semæles filiam faciāt.
✤ Taygeta alia,vna eſt é ſeptem Pleiadibus.Seruius.
Taygetus,i.mons eſt Laconię Libero patria ſacratus ſub quo Sparta & Amyclæ.Stra.
Taygeta,mons idem.Vergil.Et virginibus bacchata Lacænis Taygeta.
Tazena,ciuitas eſt in Media.Ptol.
Tazos,opp.eſt in Taurica Cherſonneſo.Ptol.
Tazos,opp.eſt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptol.

T ANTE E.

Teanum,ciuitas eſt Campanorum mediterranea.Pt.
Teanum quoq; ciuitas eſt Apulorum Dauniorũ. Pt.
✤ Tearco,Aethiopię rex maximus qui externas ſubegit gentes.Strab.lib.5. (nenſis.
Teari qui Iulienſes, pop ſunt conuentus Tarraco-
Tearus,flu.eſt Thraciæ in Attica regione.Plin.li.4.
Tearus,flu.eſt ſalutifer,in Contadeſdũ annē defluēs
Teatea,ciuitas eſt Marucenorum in Italia.Pt.Vulgo *Chieti,en Abbruzzo*.
Teatini,pop.ſunt Marucenorum in Italia.Pl.li.3.
Tebenda,ciuitas eſt Cappadociæ.Ptol.
Tecelia,ciuitas eſt Germaniæ magnæ.Ptol.
‡ Tecmon,vrbs Theſprotorum,ciuis Tecmonius.Ste.
Tectoſagæ,pop.ſunt Galatiæ ſiue Gallogręcię.Pto.
Tectoſages,pop ſunt prouincię Narbonenſis.Ptol.
✤ Tectoſages,apud Auſonium appellantur Teutoſagi.
Tectoſagum,opp.eſt prouincię Narbonenſis.Pl.li.3.
Tedamenſij,pop.ſunt Africæ proprię dictæ.Ptol,
Tedanium,flumen eſt in Illyride regione.Pl.li.3.31
‡ Teder,opp.mediterraneum Vmbriæ.Plin.
Tediaſtum,ciuitas eſt Liburniæ.Ptol.
✤ Tedifera dea.Ceres dicta eſt cuius ſacra noctu ficbāt Ouid.
Tedion, ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.Ptol.
Tega,opp.eſt Africæ inter duas Syrtes. Pto.
Tegea,opp.eſt in Arcadia regione.Pl.li.4.ca.6.
✤ Tegeæus,a,um.ea ratione ficut Nemeæus,a,um.
Tegeaticus,a,ũ.a Tegea, vnde Pā deus Tegeaticus.
Tegeaticum,bellum cum Lacedęmonijs.Herod.li.1
✤ Tegeaticus,volucer & ales, Mercurius dicitur.Stat.
‡ Tegeſſus,vrbs Cypri:gentile Tegeſsius. Steph.
Tegium,vrbs in Paphlagonia,vnde ortus Anacreon, vbi templum Apollinis.Salluſt.
✤ Teius,a,um.Ouid.Præcepit Lyrici Teia muſa ſenis.
Teius,a,um.a Teo inſula contra Lesbum.
Teladuſij,pop.ſunt Mauritanię Cæſarienſis.Ptol.
✤ Telamō,Acaci fuit filius,Pelei patris Achillis frater
✤ Telamoniades,forma patronymici dicitur Aiax Telamonis filius.
Telamon, portus eſt Hetrurię in Italia. Plin. Vulgo *Porto de Telamone*.
Telamon,inter portum Herculis & caput Hetruriæ Io.Annio.Vulgo *Cabo de monte Argentaio*.

Telandrus,

Telandrus,Inſula eſt In mari Lycio.Pli.li.5.ca.31.
Telchinia,prius dicta eſt quæ poſtea Rhodus.Vulgo *Rodas.*
Telchines,pop.ſunt in eadem inſula.Strab.lib.10.
✠Telchines, filij Mineruæ,& Solis, ijdem qui poſtea Corybantes & Idæi.Stra.li.10.
‡Telchis,vrbs Aetiopię in Libya,gētile Telchites.St.
‡Telchinia,prius dicta quæ poſtea Sicyon.Steph.
✠Telchius & Amphitus,Caſtoris & Pollucis aurigę fu ere,a quibus fera gens Heniochorum orta.Plin.
Teleba,ciuitas eſt Albaniæ.Ptol.
✠Teleboæ,Aeto.po.fuerūt latrocinio infamati. Ari.
✠Teleboæ quoq;,pop.fuerunt Campania.Verg.li.7.
✠Teleboas,vnus e Cētauris Ixiōis & Nubis filius Boc.
‡Telebois,pars eſt Acarnaniæ.Steph.
✠Telecrus,nomen proprium regis Laconiæ.
✠Telegonus,Vlyſsis fili9 ex Circe,qui patrē interfecit
✠Telemachus,fuit Vlyſsis ex Penelope filius. Ouid.
✠Telemus,Eurymi filius & vates egregius inter Cyclo pas,Polyphemo prædixit quæ ab Vlyſſe paſſus eſt.
✠Telephanes,vir carrucarius, ad regnum Lydorū rex oraculo accerſitus.
✠Telephanes,tibicen, cuius meminit Demoſthenes.
Telephus,Herculis filius ex Augæa filia Alcæi Arcadiæ regis,qui ex ceruа nutritus fertur.
✠Telephus Pergamenus grāmaticus,ſcripſit ferè omnia,quæ ad grammaticam pertinent.Sui.
✠Telephus,mendicus perā geſtans apud Ariſtophanē
‡Telephi fōs,in Lycia eſt,& ſtadijs.7.a Pataris diſtat. Steph.
✠Teleſco,nympha Oceani & Tethyos filia.Heſiod.
✠Teleſilla,mulier fuit poetica nobilis.Pauſan.
Teleſcia,ciuitas eſt Samnitum in Italia.Ptol.
✠Teleſteor,pater fuit Euripidis poëtę.
✠Telethuſa,mater Iphidis puellæ quæ in puerum mu tata fuit.Ouid. (cap.4.
Telis,fluuius eſt prouinciæ Narbonenſis.Plin.lib.3.
✠Tellen,tibicen fuit & poeta ineptiſsimus.Eraſm. in Prouerb.
✠Tellenis cantilenas canere.Prouerb. in dicaces & in eptè loquaculos.
Tellene,opp.eſt Latij quod interijt. Pli. li.3. ca.5.
✠Tellias,vates fuit Helæus, cuius ſtratagema vide apud.Herod.li.8.
‡Telmera, vrbs Cariæ gentile Telmereus.Step.
✠Tellus vir pauper Athenienſis, quem Solon Crœſo fœliciorem eſſe dicebat.Plutarch.& Herod.
✠Tellus,dea terræ credita eſt antiquis.Cice.de natura Deorum.
Telmiſſus,ſiue Telmeſſos,oppidum eſt Lyciæ.Ptol.
Telmeſſus,prius Temmeſſus,a Temmeſſo Apollinis filio conditore. (dia eſt.
Telmeſſus a Thermeſſo differt,nā Thermeſſus in Piſi
Telmeſſum, inquit Plin.vrbem quondam fuiſſe religiſiſsimam. (bitur.
Telmeſſus,ſiue Telmeſſos,ſimplici & duplici.ſ.ſcri-
Telmiſſus ferè, non Telmeſſus ſcribitur a Græcis.
Telmeſſus,inſcribiť fabula Ariſtoph. a Telmeſside promontorio.
‡Telmeſſus,antea vocabatur Oropus, Syriæ ciuit.St.
Telobis,ciuitas eſt Iaccetanorum in Hiſpania.Ptol.
Telos,inſula eſt vna è Cycladibus in Aegæo.Pl.li.4. Vulgo *Epiſcopi.*
Telos inſula,Epitropio obiacet.Herod.lib.7.
✠Telina vnguenta.a Telo inſula.Plin.li.13.ca.1.
✠Telphiſſa,fons,cuius aquas Tireſias vates quū ſenex potaſſet,& ferre non potuiſſet,extinctus eſt.
Telphuſſa,Lycophroni,opp.eſt in Arcadia regione
✠Telphuſsium,opp.eſt Bœotiæ vbi laudatus Bacchus a Pindaro.
Telys Sybaritarum tyrannus.Hero.lib.5.
✠Temandrus,mons eſt Libyæ interioris. Ptol. rectius Mandrus. (ticis.
✠Tembrius fluuius eſt iuxta Pont.Orph.in Argonau
‡Tembros,vrbs Cypri,in qua Hylates Apollo colitur
‡Temenia,vrbs Phrygiæ iuxta Lycaoniam.Steph.
Temenites,fons eſt in agro Syracuſano.Pli.li.3.ca.8
Temenium,opp.eſt in Peloponneſo.Strab.lib.8.
Temeſa,opp.eſt Calabriæ in Brutjis. Pli.li.3.cap.5.
Temeſe,opp.eſt Cypri,vbi ærifodinarum locus oſtēditur:gentile Temeſites.Steph.
✠Temeſæus,a,um.Ouid.Temeſæaq́; concrepat æra.
Temmices,populi ſunt Bœotiæ.Strab.
Temnos,opp.eſt Ioniæ.Plin.lib.5. cap.29.
Tēpe,loca amœna Theſſalię.V.M.paſ. lōgitudine
Tempe,loca ſunt etiam in Bœotia,quæ Ouidio Cygneia dicuntur.
Tempſa,opp.Brutiorum,Græcis dicitur quod Latinis Temeſa.
Tempſis,cacumen Tmoli montis in quo. 150.annis
‡ viuunt incolę.Pli.li.7.cap.48.
Temus,vel Temos,flu.eſt Sardiniæ inſulæ.
Tenthiheri,vel Tenceri,pop.ſunt Germaniæ.Cæſa. de bello Gallico.
Tenca,vicus Corinthi,a Tenno Cycni filio.Steph.
Teneas,flu.eſt in Tyberim defluens. Stra.li. 5. Vulgo *Topino,enel ducado de Spoleto.*
Tenebrium,promont.eſt Hiſpaniæ Terraconeñ.Pt.
Tenebrius,portus,eſt in eadem Hiſpania.Ptol.
Tenedos,inſula eſt maris Aehæi contra Sigęum litus.Vulgo *Tenedo.*
Tenedius,a,ū.Cic.Tenediorū igitur libertas,&c.
Teneros,opp.eſt in Bœotia.Stra.lib.9.
✠Tenes,creditur fuiſſe deus in Sicilia.Cic.3.in Verr.
Tenia,opp.eſt Arcadiæ regionis. (Ptol.
Tenia,ciui. eſt Aſabetidis regionis Sarma.Aſiaticæ.
Teniſſa,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
✠Tenitè,credebantur eſſe ſortium deæ, quod tenendi poteſtatem haberent.Feſt.
‡Tenes, Cycni filius,a quo Tenea vicu Corinthi. St.
Tenos,inſula eſt vna è Cycladibus.Plin.Vulgo *Tine*
Tenſa,inſula eſt Italiæ a Leontibus condita Solin.

Tenſij.

Tenſij, pop. ſunt Myſiæ inferioris.
Tentyris, inſula eſt Nili. Pli. lib. 8. cap. 25.
Tentyrij, ſiue Tētiricij vel Tētyritę, inſulani dicūt
Tentyris, ciuitas eſt metropolis Aegypti. Ptol.
Tentyrites nomos, ꝓfectura eſt in eadē Aegypto. Pt.
Tenucani, Græci fuerunt Piſarum conditores.
Teon promontorium eſt in Cretæ inſulæ.
Teos, inſula eſt cōtra Epheſum Anacreontis patria.
Tephene, toparchia eſt Iudææ Paleſtinæ. Pli. li. 5. 15
Teracatriæ, pop. ſunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Terapnæ, ciu. eſt in Laconia regione Helenæ patria
Terapnæ, oppidum eſt Cretæ mediterraneum. Plin. lib. 4. cap. 12. (Teraphne.
Terapnæ, aliquibus cū aſpiratione ſcribitur, hoc eſt
Teranæus, a, um. Ouid. Rure Terapnæo nata puella Phrygem.
‡ Terapſe, inſula non magna, iuxta Carthaginem. St.
‡ Terbetia, vrbs Siciliæ, ciues Terbetini. Steph.
Terebia, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
✣ Terrebus, fluuius eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Pto.
Teredō, ciuitas eſt in Babylonia regiōe ſiue Perſica.
✣ Terentia, Ciceronis vxor ex ipſius literis notiſſima
✣ Terentiam. 117. annis vixiſſe, author eſt Pl. li. 7. c. 48
✣ Terentius, poëta comicus, Carthagini natus.
✣ Terentius Scaurus, grammaticus Adriam principis temporibus, ſcripſit de Cæſellij Vindicis errorib.
✣ Terētius Culeo, ſenator Romanus, captus a Carthaginenſibus, redemptus ab Africano maiore. Liu.
✣ Terentianus, a, um. adiectiuū a Terentio. Quintili. lib. 6. cap. 3.
Terentus, locus Romæ in campo Martio. Feſt.
Terentus dictus, quod in eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur.
Terentus, vel a Ruminando Rumon & Serra quod ſe caret ripas.
Terentus inde dictus, quod ripam fluminis tereret.
✣ Terentinus, a, um. Auſo. Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.
✣ Terentini ludi, centeſimo quoq; anno tribus diebus ac noctibus celebrabantur. (filius.
✣ Tereus, rex Thracum, Martis ex Biſtonide nympha
Tergamon, inſula eſt Rhodiorum. Pli. li. 5. ca. 31.
Tergeſtum, colonia eſt Iſtriæ. Vulgo *Trieſt.*
✣ Tergeſtum, ſtadijs. 180. ab Aquileia diſtat. Strab.
Tergilani, pop. ſunt Lucanorum in Italia. Plin. li. 3.
Teridata, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratē. Pt.
Terina, inſula eſt vna ex Syrenibus. (phron.
Terina inſula, a Ligra vna Syrenum colebatur. Lyco
Terini, pop. ſunt Britannię inſulæ.
Termera, opp. eſt Lydię Mçoniæ in Aſia propria. Pt.
Termera, opp. eſt Cariæ regionis. Pli. lib. 5. ca 29.
Termerenſis, e. Hero. Hiſtiæū tymnis Termerenſem
Termes, opp. eſt Areuacorum in Hiſpania. Ptol.
Termeſſus, opp. eſt Carbaliæ in Pamphylia. Ptol.
Termeſſus, ciuitas gemina in Piſidia, maior ſcilicet & minor.
✣ Termilę, regio prius dicebatur quæ nunc Lycia. Str.
✣ Terminus, deus apud antiquos, in cuius tutela fines agrorum eſſe exiſtimabantur. Feſt.
✣ Terminus, in loco quo colebatur, ibi ſuper eū foramen patebat in tecto. (bantur.
✣ Terminum enim, intra tecta cōſiſtere nefas arbitra-
✣ Teminus, ſolus reliquorum deorum Ioui cedere noluit. Ouid. li. 2. Faſt.
✣ Terminalis lapis, dicitur terminus ipſe lapideus.
✣ Terminalia, orū. feſta erāt ipſius dei Termini. Liui.
Termontium, ciuitas eſt in Thracia regione.
✣ Terpandrus Arineus, ſiue Lesbius, poeta Lyricus. Suid.
✣ Terpnus, citharœdus fuit, cuius cantu ſumme oblectabatur Nero. Suetonius.
✣ Terpſichore, vna Muſarum, ſic dicta quod choreis & tripudijs delectetur.
✣ Terpſichore, a quibuſdam cithariſtria vocatur.
Terpyllus, ciuitas eſt Mygdoniæ in Macedonia. Pt.
✣ Tertullianus, ſcriptor doctus, temporibus naſcentis eccleſiæ.
Teſcapha, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Tigrim. Pto.
Teſporetæ, po. ſunt in Epiro. Pt. rectius Theſprotę.
Teſtis, fons eſt apud Iraſta locum in Africa. Herod.
Tetagoda, ciuitas eſt in Albania. Ptol.
Tethyopobatæ, pop. ſunt in Libya. Herod.
✣ Tethys, Cœli & Veſtæ filia, Neptuni vxor & nympharum mater. Ouid.
Tetra, ciuitas eſt Cypri inſulæ. Strab.
‡ Tetrachoritæ, populi qui alias Beſſi. Strab. lib. 7.
Tetrapolis, ciuitas eſt in Peloponneſo.
Tetrapolis, regio eſt Syriæ Antiochiæ. Strab. lib. 15
‡ Tetrapolis, dicta eſt Antiochia, a. 4. inſignibus vrbibus. Strab. lib. 6.
‡ Tetrapolis, dicta eſt Atticæ, pars, quod vicos & ciuitates. 4. haberet. Steph.
Tetrapyrgia, ciuitas eſt Cappadocia. Ptol.
✣ Tetricus, mons in Sabinis aſper atq; arduus. Verg. Vulgo *Monte Seuero y monte Negro.* a quo
✣ Tetrici, dicti ſunt homines triſtes & ſeueri. Seru.
Tetius, fluuius eſt Cypri inſulæ. Ptol.
✣ Tettius Caballus, viri proprium qui ſub Veſpaſiano & filijs claruit.
✣ Tettius, propter ſcurrilitatem, & a calcitratu. Caballi nomen adeptus. Calepinus.
Teuca, regina Illyricorū q̄ Romanos ſæpe fregit. Pl.
✣ Teucer, & Teucrus Scamandri Cretenſis filius, qui in Troade regnauit, vnde Ilienſium regum origo.
✣ Teucria, a Teuc. Troia dicta, & Troiani ipſi Teucri.
✣ Teucer, filius Telamonis, qui Salamina in Cypro condidit. Iuſtin. lib. 44.
✣ Teucer, quidā Cyzicenus, ſcripſit de terra quæ profert aurum, & de Cyzicenorum rebus. Suid.
✣ Teucer, poſſeſsiuum, idem quod Troianus, vt: Cāpi Teucri. Verg. (Steph.
‡ Teucris, vrbs & regio Troadis, Dardania poſt dicta.

✤Teudamedus.pater Pelaſgi.Hom.2.Iliad.
✤Teuderium,Germaniæ vrbs. Ptol.Hodiè *Paderborna.*
Teumeſſus,mōs Bœotiæ,a quo leo Teumeſsius quē Hercules adhuc pene puer occidit.
✤Teumeſſus,fluuius,regio,& paruulum oppidum in Thebanis finibus.Strab.lib.9.
‡Teuochis,vrbs Aegypti.&lacus eiuſdē nominis.St.
Teuri ſci,pop.ſunt Daciæ.Ptol.
✤Teutatē,Galli humano cruore placabāt.Lactā.li.7.
✤Teutates,lingua Gallica dictus eſt Mercurius.Lucā.
✤Teutates,inuentor Geometriæ & Aſtronomiæ a Platone deſcribitur.
✤Teuthra,regiua Illyricorum quæ ſupra Teuca.
✤Teuthadamus,pater Pelaſgi,q̃ ſupra Teudamedus. Hom.2.Iliad.
✤Teuthis,princeps Græcorū qui indignatus,quod in Aulidis rupes impegiſſet Pallade vulnerauit haſta
Teuthranta,quæ & Thymena,ciut.eſt Galatiæ.Pto.
Teuthrania,regio eſt Troadis mediterranea.Pl.li.5
✤Teuthraniam,a Teuthrante dictam eſſe cenſet.Ste.
Teuthranti,pop.ſunt Laconiæ regionis.
✤Teuthranus,Axili pater Hom.6.Iliados.
✤Teuthras,rex Myſiæ.Pādionis fili⁹ & Theſpij pater
✤Teuthranteus,a,um.Oui.Peneuſq; ſenex Teuthrāteuſq; Caycus.
Teutones, ſiue Teutoni vel Teutonici, Germaniæ populi.Plin.li.4.cap.14.
Teutones,dicti ab eorum deo Teutone,quem terra ortum exiſtimabant. (opes.
✤Teutonicus,a,ū. Prop.Roma Teutonicas refringat
✤Teutonici capilli,quales Teutones geſtare ſolēt,id eſt flaui Mart.Cauſtica Teutonicos accēdit ſpuma capillos.
Texali,populi ſunt Britanniæ inſulæ.Ptol.

T ANTE H.

✤Thabis,Scythiæ mons in Aſia.Pomp.li 3.
Thabuca,ciuitas eſt Vardulorum in Hiſpania.Ptol.
Thæma,ciuitas eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Thagulis,ciuitas eſt Africæ inter duas Syrtes.Ptol.
✤Thais Alexandrina, nobilis meretrix fuit. Propert.
✤Thais altera,a diuo Panutio admonita,relicto quęſtu meretricio,ſancta mulier euaſit.Volat.
Thala,mons eſt Libyæ interioris.Ptol.
Thala, opp.Africæ.Flo.& Salluſt.in Iugurtha.
Thalama,ciuitas eſt Meſſeniæ.Steph.
‡Thalamanæi,populi Perſis ſubditi.Steph.
Thalamna,ciuitas eſt Theſſaliæ.Steph.
Thalbis,ciui.eſt Albaniæ inter Gerrū & Soanā flu.
✤Thales Mileſius,fuit vnus ex ſeptem Gręcię ſapientibus, obijt Olympiade.58. æſtu ac ſiti fatigatus.
✤Thales poeta Lyricus Cretenſis quē è Creta Solon ſpartam miſit.Plutarch in Solone.
✤Thaleſtria,regina Amazonū,quam alij Minitheam, vocant Strab.li.11.
✤Thalia,vna eſt Gratiarum a θάλλω,id eſt germino vel vireo,quoniam poëtarum laus parta vireſcat.
‡Thalia,nymphæ nomē in Sicilia iuxta Simethū flu.
‡Thalia, inſula quædā Tyrrheniæ Ariſt.in mirabili.
Thalij,pop.ſunt iuxta Caſpios.Solin.cap.25.
Thalpuſa,ciuitas eſt Italiæ in Orchomenio.Steph.
✤Thalus.vir eximiæ velocitatis quē Iupiter æreis pedibus finxiſſe dicitur.Vide annot.Baptiſtæ Pij.
Thamanæi,populi inſulas maris rubri incolētes.He
Thamarus,ciuit.eſt Iudææ ab occaſu.Iordanis.Pr.
Thameſis,flu.eſt Britanniæ Cęſari de bello Gallico
Thamna,ciuitas eſt Palæſtine, ab occaſu Iordanis.
‡Thamuda,locus prope Nabathæos Arabes, incola Thamudenus.Steph.
✤Thamyras,Thrax poeta,qui de cantu cum muſis certauit,ideoq; oculis captus.
✤Thamyras inſanit,prouer.in eos qui pręter ingenium proprium aliquid agunt. Eraſ.
‡Thanatos,inſula in oceano Gallico,Britāniæ proxima frumentarijs campis fœlix.Solin. (na fecit.
Thanes,metropolis Aegypti in qua Moſes multa ſig
Thanontada,opp.eſt Numidiæ nouæ in Africa. Pt.
Thanuthis,villa eſt Libycæ præfecturæ in Aegypto.
Thapſacum,ciuitas fuit quæ poſtea Amphipolis.
Thapſacus,ciuitas eſt Syriæ ad Euphratem.Steph.
Thapſacus,ciuitas eſt Arabiæ deſertæ ad Euphratē.
‡Thapſipolis,prope Chalcedonem eſt. Steph.
Thapſus,opp.eſt Africę propriæ.Ptol.
Thapſus,ciuitas eſt Libyæ.Steph.
✤Thapſus,inſula. 10. ſtadijs a Sicilia diſtans verſus. racuſas,plana vt vndis merſa videatur.
Thar,ciuitas eſt Theomorum in Arabia fœlici.Pto.
Tharei,populi ſunt Aethiopię.Plin.
Tharſus,Ciliciæ ciuitas eſt, literarum gymnaſium. Vulgo *Tarſo.*
Thaſos,inſula eſt in Aegæo prope Thraciā, vna Cycladum.Vulgo *Taſſo.*
Thaſus,a Thaſo duce Phœnicū appellata eſt.Hero.
✤Thraſij,populi in Thaſo habitantes.
Thaumacia,ciuitas eſt Magneſiæ.Steph.
Thaumacia,ciuitas eſt in ſinu Maliaco.Steph. (Arg
✤Thaumantias, Iris dicitur Thaumantis filia & Ele-
✤Thaumantias,nūcia deorum in rebus malis,vt Mercurius in bonis.Seru.in.Verg.li.9.Aeneid.
✤Thaumantis,idis.vt Nubifera Thaumantis.Stat.
✤Thaumanteius,a,um.vt Virgo Thaumanthea.Oui. lib.14.
Thaumaſion,mons eſt Arcadiæ.Steph.
Thea,ciuitas eſt Laconiæ.Steph.
✤Thea,nympha Oceani & Tethyos filia Heſiod.
✤Theagenes tres, Athenis diuerſis tēporibus fuiſſe recenſet Suidas.
✤Theagenes,qui de Homero ſcripſit.
✤Theagenes,Caprus appellatus,quod multa promittens nihil præſtaret.Suid.
✤Theagenes,vir fuit potens ac diues Athenis.Suid.
✤Theagenes,athleta Thaſius.140.coronas e certaminibus retulit.Pauſan.

‡heRan

‡ Theangela, vrbs Cariæ eſt. Steph.
Theano, mulier Pithagorea, vxor Brotini Crotoniatæ, ſcripſit cōmentarios in philoſophia. Plotinus.
Theanum, cognomine Sidicinum Apuliæ opp. Stra.
Theanū, an Teanū Horat. Cras ferraméta Theanū.
Theanenſis, e. Liuius lib. 10. Ex Apulia Theanenſes Canuſiniq;. (peruetuſtum.
Thebæ, arū. & Theba, æ. & Thebe, es. opp. Aegypti
Thebæ in Aegypto, hecatopylæ, i. 100. portarū dicuntur.
Thebæ, arum. opp. Bœotiæ a Cadmo Agenoris filio conditum, quam Amphion muris ornauit.
Thebæ Bœotiæ, heptaphylæ dictæ ab eo quod ſepté portas habebant. Apuleius.
Thebæ Bœotiæ, dicuntur Liberi atq; Herculis patria Vulgo *Tiua*.
✥ Thebæ, vrbs in Africa quam Bacchus condidit.
Thebæ, opp. eſt in Attica regione. Steph.
Thebæ, opp eſt in Theſſalia Phthiotide. Solin. ca. 15. Vulgo *Ziton*.
Thebę, arū. opp. fuit in Cilicia, Andromaches patria
Thebę, in Lucania Italiæ fuere quas interijſſe ait Ca.
Thebę, ciuitas eſt Cinędocolpitarū in Arabia fœlici. Ptol.
Thebæ, arum. opp. eſt in Syria. Steph.
Thębæ, arum. opp. eſt in Ionia iuxta Miletum. Step.
Thebæus, a, um. a Thebis, vt. Thebęorum dinaſtia. Euſeb.
✥ Thebanus, a, um. a Thebis, vt Thebana agmina. Sta.
✥ Thebaides, patronym. fœmi. Ouid. Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant.
Thebais, ſuperior Aegypti pars, Aethiopiæ contermina. Pl. li 5. ca. 9. (bis tractatur.
✥ Thebais, opus inſigne Statij poëtæ, in quo de The-
Thebais, locus eſt iuxta Pontum. Steph.
Thebaſa, ciuitas eſt in confinio Galatiæ.
‡ Thebeta, caſtellum Meſopotamiæ. Steph.
✥ Tecla, nomen proprium mulieris ſanctiſsimæ.
Theænæ, arum. opp. eſt Africæ propriæ Ptol.
Theganuſa, inſula eſt in ſinu Laconico. Pli. li. 4. ca. 12 Vulgo *Cauera*.
Thegonion, ciuitas eſt Theſſaliæ. Steph.
Thei proſopon. i. perſona dei, ciuitas eſt Phenicees.
✥ Thelbencana, Babyloniæ vrbs iuxta Euphraté. Hodie *Maraga*.
Thelda, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratem. Pt.
Thelę, arum. populi ſunt Libyæ interioris. Pto.
Thelamuza, caſtellum eſt Arabiæ ad Euphraté. Ste.
‡ Theleſis, Argiua mulier quæ Argos oppid. Gręcię a Spartanis cum cæteris mulieribus tutata eſt.
Thelphiſſa, fons eſt in Bœotia regione.
Thelphuſſa, opp. eſt Arcadiæ. Pli. li. 4. ca. 6.
‡ Thelphuſium, opp. in Bœotia, vbi laudatus eſt Bacchus a Pindaro.
Themaci, gens Erechtheidos tribus. Steph.
✥ Thembinadia, regio eſt quæ Nemea dicitur.

Thembriemos, ciuitas eſt Cariæ. Steph.
✥ Themes, antiquum Cypri opp. in quo es primō repertum, ab eo ſumpſit cognomen.
Themi, populi ſunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
✥ Themillas, proprium eſt viri apud Ver. li. 9. Aeneid.
✥ Themis, vna ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Mineruam ſuſcepit, habuit templum in Bœotia.
✥ Themis, alia quæ alio nomine Carmentis dicta eſt.
Themiſcyra, ciuitas eſt Pōti Galatici in Cappadocia. Ptol.
✥ Themiſon, medicus apud Hero. & Corne. Celſum.
Themiſonum, opp. eſt in Phrigia maiori. Pli. li. 5.
Themiſonij ſiue Themiſones, populi a Themiſonio.
Themiſonium, regio eſt Phrygiæ. Steph. (Pli.
Temiſſos, ciuitas eſt Cariæ. Steph.
Themiſſua, opp. eſt Africæ propriæ. Pto.
✥ Themiſta, dea quæ ſupra Themis cōſiliorum pręſes.
✥ Themiſtius, philoſophus ſub Iuliano apoſtata imperatore, cuius præfectus fuit Conſtantinopoli.
✥ Themiſtocles, Athenienſis Neocles filius, res inclytas geſſit. Vide Plutarch.
Temiſtoclis tumulus, iuxta Pirrhæum. Pauſan.
Themiſtogenes, Syracuſanus hiſtoricus, qui Cyri expeditionem & bella compoſuit. Suid.
Thena, ciuitas eſt Samariæ in Paleſtina. Ptol.
Tentolenſis, mons prope Athenas. Vitruuio.
✥ Theoclymenus, vates, qui Vlyſsis in Græciā reditū prædixit Penelope. Hom. Odyſſ. 17.
✥ Theocrines, vir qui primo tragœdiarū actor fuit, deinde calumniator & ſycophanta Eraſ. in prouer.
Theocrites, Cretæ indigetes inſulam tenuerūt. Her.
✥ Theocritus, Syracuſanus poëta, ſcripſit carmen Bucolicum. Suid. Hunc Virgilius imitatus eſt. (Suid.
✥ Theocritus, Chius patria, ſcripſit hiſtoriā Libycam.
✥ Theodamas, pater Hilæ fuit, qué Hercules interfecit
✥ Theodamanteus, a, um. Propert. Theodamāteo proximus ardor Hylæ.
✥ Theodectes, orator Cilix genere, diſcipulus Platonis
✥ Theodectes, alius ſuperioris filius ſcripſit encomiū Alexandri regis Epirotarum. Suid.
✥ Theodorus, Byzantius ſophiſta qui a Platone vocatus eſt Logodædalus.
✥ Theodorus, & Theladeus, fratres Samij ſculptores celeberrimi. Suid. (pore.
✥ Theodorus Gadaræus, nobilis orator Strabonis té-
✥ Theodorei, dicti ſunt eius diſcipuli inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica ſcripſit.
✥ Theodorus, ἄθεος de quo Laertius & Suidas.
Thodocia, opp. eſt Tauricæ Cherſonneſi. Pt. Hodię *Caffa*. Olim ditionis Genuenſium.
✥ Theodoſius, nomen propriū duorum Romanorum principum.
✥ Theodoſius, vir memorabilis in Bithynia. Stra. li. 12.
✥ Theodotus Chius, vir qué Brutus Auguſto inimicus interfici iuſſit. Plutarch. in vita Pompeij.
✥ Theodotū aliū, memorat Philoſtratus inter ſophiſtas

✤Theognis,poëta Græcus,de quo Plato in libro de legibus.

Theomneſtus Cous,vir fuit clarus ad miniſtratione Reipublicæ,& Niciæ æmulus.Strab lib.14.

✤Θεῶν ὄχημα.i.deorũ currus,mõs eſt Libyæ interioris

✤Theon,nomen pictoris Samij.Quintil.lib.12.

✤Theon,mathemathicus qui ſcribit de ſpiritibus ad Ptole.næũ aſtrologũ.Quintil.lib.12. (cratis.

Themõ,Stoicus Antiochinus ſcripſit apologiam So

‡Theon,ſculptor,inter.5. qui Mauſoleum cælauere. Plin.lib.36.cap 12.

✤Theõ,quidã fuit loquacisſim⁹ & maledictus.Acront

✤Theonino dente rodere,prouer. in detractores & maledicos.

✤Theophanes,Mitylenęus hiſtoricus qui Põpeij res geſtas ſcripſit:teſte Cic.in orat.pro Archia.

✤Theophilus,pręſul Antiochenus,librum in Marcionem edidit. (rante.

Theophilus,Cæſareę Paleſtinæ præſul Seuero impe

‡Theophilus,præſul Alexandrinus, ſcripſit cõtra Origine.n.Suid.

✤Theophilus alius,præſul Antiochenus ad quem Lucas ſcribit Acta apoſtolorum.

✤Theophilus,comicus antiquę comediæ.Suid.

✤Theophraſtus, Ariſtotelis diſcipulus & ſcholę ſucceſſor fuit,peripateticorum eloquentiſsimus.

✤Theophraſtus,prius Euphraſtus deinde Theophraſtus ob oris eloquentiæ ſuauitatem.

Theophraſtus,diuinitate loquẽdi nomẽ inuenit.Ci.

‡Theopolis,maxima ciuitas Orientis,ſic a Iuſtiniano nominata poſt terremotum mutuo Antiochiæ nomine.Steph.

✤Theopompus,Gnidius orator &hiſtoricus poſt Thucyd.& Herodotum.Quintil.

Theos,inſula eſt ab Ionibus condita Herod.

‡Thera,ciuitas alia Rhodi,alia Sogdianæ.Steph.

Thera,ciuitas eſt Cariæ. Ptol.

Thera,inſula eſt prope Atticam vna e Cycladibus in Aegæo.Plin.lib.4.

Thera,inſula eſt vna e Sporadibus.Steph.

Thera,prius Calliſta dicebatur.Herod.lib 4.

Thera,eadem eſt quæ Corſica.Senecæ.li.6.natural. quæſt.Vulgo *Corſega*.

Theramenes,Athenięſis philoſoph⁹.Ci.1.Tuſ.quęſt

✤Theramne,oppi. in Sabinis ex quo Actius Clauſus originem traxit.

✤Theramneus,a,um.idem quod Sabinus.Sil.

Therapne,lege ſupra in verbo Terapne ſine aſpiratione.

‡Therapne,ciuitas Laconiæ patria Helenæ.Pomp.li.2

Therapne,opp.eſt in Creta.Solin.& Plin.

Theraſia,inſula eſt & ciuitas prope Achaiam. Plin.

Thracia,inſula eſt prope Cretam.Steph.Vulgo *San torini*.

✤Thericles,figulus Corinthius,a quo quædam vaſa ficulta Thericlea.Plin.lib.16.cap.40.

✤Theridamas,canis venaticus quaſi ferarũ domitor.

✤Therimachus,nomẽ pictoris inſignis.Pl.l.35.ca.10.

Therinus,flu.eſt Cretæ.Diod.

✤Thertomachus,filius Her.ex Megara Creontis filia

Therion,inſula eſt prope Rhodum.Pli.li.5.ca.11.

Therma,nomine Myrmeca, inter Sciatum & Magneſiam.

Thermæ,arum.Siciliæ.opp.Steph.& Pompon.

Thermitani,populi ſunt eiuſdem Siciliæ.Cic.

Thermitanus,a,um.ab vrbe Thermis ſæpe deducit Cicero.

Thermæ,arũ.locus eſt in Macedonia.Pl.li.4.vnde.

Thermaicus ſinus,qui adiacet Macedoniæ. Pli.li.4. Vulgo *Golfo de Saloniqui*.

Thermæ Stygianæ,ab vrbe in Gallias Aureliano itinere.Vulgo *Bagni Ceretani,a 28. millas de Roma*.

Therme,es.ciuitas eſt Thraciæ Steph.

Thermenſis,inſula eſt vna e Cycladibus. Pli.li.4.

Thermidaua,ciuitas eſt in Dalmatia.Ptol.

Thermodoon,fluuius eſt Cappadociæ.Ptol.

Thermodoon,fluuius quoq; eſt Aeolidis regionis.

Thermodoõtiacus,a,um. Ouid. Thermodoontiaco celatus baltheus auro.

Thermopolites præfectura.eſt in Aegygto.Pli. li.5.

Thermopylæ,mons Phocidis,habens fauces anguſtiſsimas.

Thermos,ciuitatula eſt Aetoliæ.Steph,

Thermydra,portus eſt Rhodi inſulæ.Steph.

Therne,ciuitas eſt in Thracia.Steph.

✤Therodamas,rex Scythiæ, qui leones humano ſanguine alebat.

✤Therodamanteus,a,um. Ouid.Therodamanteos vel qui ſenſere leones.

✤Theron,nomen canis.Oui.Et trux cũ Lęlape Therũ.

✤Therſander,Polynicis fuit ex Argia filius.Stat.

Therſara,ciuitas eſt Aſſyriæ.Ptol.

✤Therſilochus,nomen viri proprium.Verg.6.Aen.

Therſitæ,gens eſt Iberiæ.Steph.

✤Therſites,Grecus quidã vir,quo nõ deformior alter venerat ad Troia,linguáue proteruior alter.Ho.

✤Theſeus,Aegei Athenarum regis filius ex Aethra cõiuge.Minotaurum in Labyrintho occidit.

✤Theſeus,a,ũ. Ou.O mihi Theſea pectora iunge fide

✤Theſides,dicitur Hippolytus Theſei filius.

‡Theſmophoria,ſacra ſunt Cereris,quæ a noſtris Cerealia dicuntur.Herod.li.2.

Theſpiæ,opp.liberũ Bœotiæ ad radices Pernaſſi,Heliconi proximum,a Theſpiade conditum.

Theſpiæ,arum. ciuitas quoq; eſt Magneſiæ, Pl.li.3.

Theſpiæ Muſæ.Ouid.Nec Theſpiadum cętera turba iuuat.

Theſpienſis,e.a Theſpijs dixit Herod.lib.5. (Var.

✤Theaſpiacus,a,ũ.a Theſpijs,vt,Mœnia Theſpiaca.

✤Theſpius,a,um.vt,Rupes Theſpia,Catull.in epithalamio Iuliæ.

✤Thepiades,Muſæ ſeu nymphæ Theſpias incolentes.

‡ Theſpiades, nō a Theſpia matre. I. nutrice, ſed Theſpijs Bœotiæ nomen habent.
‡ Theſpiade. Herculis filij, ex filiabus. 50. Theſpij.
✤ Theſpici, populi ſunt Græciæ.
✤ Theſpis, ex Icaria ciuitate primus poëta Tragicus, & qui perſonas inuenit. Suid.
✤ Theſpis Ericthei Athenienſium regis filius. Dio.
Theſprotia, ciuitas & regio in ſinu Ampracio. St.
✤ Theſproti, populi ſunt Epiri proximi Chaonib⁹. Pl.
Theſſalia, regio Gręcię inter Bœotiam & Macedoniam, quæ ſub Attica olim comprehendebatur.
Thęſſalia, prius Pyrrhæa, deinde Aemonia dicta eſt.
✤ Theſſalia quoq; pri⁹ Pelaſgis, Conagro, atq; Hellas vocabatur vnde regio Hellenes. Pli. li. 4.
Theſſalicus, a, um. Lu Theſſ. vrgebat paruo ſagitas.
Theſſalus, a, ū. Luca. Theſſala quin etiam tellus, &c.
✤ Theſſalis, idis. patronym. Ouid Theſſalidum virgo pulcherrima. (andrū
Theſſaloce, prius dicta quæ poſtea Magneſia ad Mæ
Theſſalonica, ciuitas eſt metropolis Macedon. Vulgo *Saloniqui*.
✤ Theſſalonica, patria fuit Theodo. Gazæ, qui vir doctiſsimus in vtraq; lingua ætate noſtra habitus eſt
✤ Theſſalonicēſes, dicti ſunt eius ciuitatis incolæ. Ci.
‡ Theſſander, Polynicis filiūs ex Argia teſte Stat.
Theſſyris, flu. eſt Sarmaticæ Aſiaticæ. Ptol.
Theſtidion, ciuitas eſt Theſſalonices. Steph.
‡ Theſtidium, ſtragnum Thraciæ. cum adiacente agro Nyſa Steph.
Teſtis, ciuitas, eſt Arabię, & alia Libyæ. Steph.
✤ Theſtius filius fuit Parthaonis ex Calydone nymphapater Althææ, quæ ab illo Theſtias, Ouid.
‡ Teſtor, pater Calchantis vatis qui ab eo Theſtorides dictus eſt. Hom. 1. Iliad.
Theſtoros, ciuitas eſt Thracię. Steph.
✤ Theſtylis, proprium mulieris, cuius Ver. & Theocritus meminere.
✤ Thetis, idis. Pelei regis Theſſaliæ vxor Achillis ma
Theudalis, opp. eſt in Africe propria dicta. Pt. (ter.
‡ Theutoni, pop Germa. q & Theutones & Theuton.
Theumeſus, opp. vel promon. de quo ſe Iuno cū Palæmone præcipitauit.
Theumeſus, mons Bœotiæ, vbi Hercules leonē occidit. Lact.
Theumeſius, a, um. Papi. Iuuenis Theumeſius iras.
Thiagola, lacus eſt Myſiæ inferioris. Ptol.
Thibaıs, locus in Ponto, vnde Thibij, populi dicuntur. Steph.
Thibais, ab vna Amazonum quæ Thiba dicebatur.
Thibynis, opp. eſt Mauritaniæ Cæſerienſis. Ptol.
Thicatæ, opp. eſt Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Thiſa, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Thigiba, colonia eſt Numidiæ nouæ in Africa. Pto.
Thinis, opp. eſt Aegypti, vnde Thinites nomos.
Thiniſſa, opp. eſt Numidiæ in Africa propria. Ptol. Hodie *Tunetum*. Vulgo *Tunex*.

Thinodus, mons eſt in Aegypto. Ptol.
✤ Thiodamas, vates fuit filius Melāpodis. Sta. 10. Thebaid. Sanctoq; Melāpode cretū Thiodamāta volūt
This, ciuitas eſt Aegypti. Steph.
Thiſbe, opp. eſt Bœotiæ mediterraneum. Pto.
Thiſbe, puella fuit Babylonia. Ouid. 4. Metam.
✤ Thiſbæus, a, um. Ouid. Quæ nunc Thiſbæas agitat mutata columbas.
✤ Thiſias Siculus, antiquiſsimus, artiū ſcriptor Quint
Thiſica, opp. eſt Africæ propriæ. Pto.
Thiſoa, ciuitas eſt Arcadiæ: gentile Thiſoates. Ste.
‡ Thmuis, vrbs Aegypti, inde Thmuites. Steph.
‡ Thoas, rex fuit crudeliſsimus in Taurica regione, ab Oreſte occiſus. Ouid. li. 3. de Ponto.
✤ Thoas alius, rex Lemni inſulæ Liberi patris filius ex Ariadne Minois filia. Ouid. li. 7.
✤ Thoas alius, Iaſonis & Hipſyphiles filius.
✤ Thoāteus, a, ū. vt, Diana Thoātea. i. Taurica. Valer.
Thoanteum, promont. eſt Carpathi inſulæ. Pto.
Thocnea, ciuitas eſt Arcadiæ, a Thocno quodam. St.
✤ Thoē, nympha Oceani & Tethyos filia. Hom.
✤ Thomas, nomen hebraicum, viri proprium.
Thome, opp. eſt Magneſiæ in Macedonia.
✤ Thon, primus apud Aegyptios, medicinā in artem redegit. Hom. lib. Odyſſ.
✤ Thon, rex Canopi, qui Menelao vim inferre conatus ab eo interfectus eſt.
✤ Thonia, vrbs & caput Gabanitarum in Iudæa.
Thonis, ciuitas eſt Aegypti. Steph.
✤ Thonius vnus ē centauris Ixionis & nubis filius.
✤ Thoō, vir troianus ab Vlyſſe interemptus. Hom.
✤ Thooſa, filia Phorci, ex qua Neptunus Polyphemū genuit. Hom. lib. 1. Odyſſ.
✤ Thootes, vnus ex preconibus Græcorū. Hom. Il. 12.
Thoræ, vicus eſt in Antiochidis tribus. Steph.
Thorax, ciuitas eſt Aetoliæ, gentile Thoracites. St.
‡ Thorax, mons eſt iuxta Magneſiam. Stra. li. 14.
Thoræi, populi ſunt in Attica. Strab.
Thoricos, opp. eſt in Attica. Strab. li. 9.
Thoricos, vicus eſt Acamantidos tribus. Steph.
Thornax, mons eſt Laconiæ. Steph.
Thornos, inſula eſt prope Corcyram. Pl. li. 4. ca. 12.
Thoſpia, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Thoſpitis palus eſt in Armenia maiori. Ptol.
Thoſpitis, regio eſt Armeniæ maioris. Ptol.
✤ Thous, vnus ex Troianorum principibus. Hom.
Thracia, regio eſt Europæ Macedoniam ſequens. Vulgo *Romania*.
Thraca, æ. ꝗ Thracia. Hor. Thraca ne bos Hebrusq;
Thrace, es. quæ Thracia. Ouid. Armiferam Thracē qui regat.
Thracia, Græce Threce per. η. vtrobiq; dicitur.
Traces, in Aſiam trāſgreſsi Bithyni vocati ſunt. He.
✤ Thraces, prius Strimonij appellati, quod Strymonem accolerent.
Thraces, aliqui Aſiam incolunt. Hero. li. 3.

Thrax,homo ex Thracia,Thraiſſa,fœmi.reg.illius.
Thracius,a,um.Ver.Nec Thracius Orpheus.Luca. Boreas cum Thracius Oſſæ.
Thraicius,a,um.Verg.Thraiciamq́;Samum,quę nūc Samothracia fertur.
Thraeon,vicus eſt Antiochiæ.Steph.
‡ Thrambus, promontorium Macedoniæ, vbi natus Thrambuſius.Steph.
✥Thraſceas,ventus ſpirās inter Septentrionem & occaſum ſolſtitialem.Ariſt.
✥Thraſeas,philoſophus Stoicus,quem Nero vt venis ſolutis moreretur,damnauit.Suid.
✥Thraſius,vir qui cū docuiſſet Buſyrim hoſpites immolare,omnium primus mactatus eſt.
✥Thraſo,nomen militis glorioſi apud Terentium.
✥Thraſo,nomen pictoris apud.Stra.lib.14.
✥Thraſumenus,lacus in agro Peruſino.Plin.li.2. Vulgo *Lago di Perugia*.
✥Thraſumenum lacū,ſemel totum arſiſſe ait Plinius.
✥Thraſus,nomen viri quod apud nos fiduciam ſignificat,quæ Græce θράσος dicitur.
✥Thraſybulus,vir qui Athenas a.30.tyrannis oppreſſas in libertatem redegit. Aemil.Prob.
✥Thraſybulus,dux Mileſiorum,cuius ſtratagema, vide apud Frontinum.lib.2.
✥Thraſyllus,qui ſupra Thraſius.Interp.temerarius.
✥Thraſymachus, Carthaginenſis ſophiſta, diſcipulus Iſocratis,periodum & colon primus monſtrauit.
✥Thraſymedes,filius fuit Neſtoris.Hom.9.Iliad.
Thria,opp.eſt Oeneidos tribus.Steph.
‡ Thrince,vrbs prope columnas Herculis.Steph.
Thrioeſſa,ciuitas eſt in Peloponneſo.Strab.lib.8.
Thrion,opp.eſt Meſſeniæ in Peloponneſo.Plin.
Thrius,untis.opp.eſt Achaiæ Steph.
Thrius,untis.opp.eſt Elidis prope Patras.
Thronion,opp.eſt Locrorum Epicnemidum.Ptol.
Thronos,opp.eſt in Cypro inſula.
Thryanda,ciuitas eſt Lyciæ.Steph.
Thryaſius campus,eſt in Attica regione.Plin.li.4.
✥Thryus,flu.eſt Elidis qui in Alpheū decurrit.Hom. lib.2.Iliad.
Thubina,ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
✥Thucydides,Athenienſis hiſtoricus,Anaxagoræ diſcipulus,bellum ſcripſit Peloponneſiacum.
✥Thucydides Mileſius,Athenis inter principes viros ac duces,æmulus Periclis.Marcellin.
✥Thucydides Pharſalicus,Memnonis filius Marcelli
✥Thucydidides,poeta natiōe Achedryſius,Ariſtonis filius,qui fuit tempore Platonis comici. Marcel.
✥Thucydidius,a,um.Cic.Aliqui ſe Thucydidios profitentur,&c.
Thudaca,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Thule,inſula eſt vltima ſeptentrionem verſus.Vulgo *Iſlandia*.Vnde Thulæus,a,um.
Thule altera,in Africa contra ſinum Carthaginis.
Thumeluba,ciuitas eſt Libiæ interioris.Ptol.

Thunudromon,colonia eſt Numidię nouę in Africa
Thunuſda,opp.eſt Africæ propriæ.Ptol.
Thuppa,ciuitates duæ in Libya interiori.Ptol.
✥Thuria,vrbs eſt Meſſeniorum in Peloponēſo in colle excelſo ſita.Strab.lib.8.
Thurion,opp.eſt Calabriæ in ſinu Tarentino,finitimum Crotoni.Pomp.lib 2.cap.4.
Thurij,pop.ſunt in eodem ſinu Tarentino.
Thurij,ducto de fonte vocabulo dicuntur.Str.li.6.
Thurium,opp.inter duos amnes ſcilicet Crathin & Sybarin,vbi Herodotus condidit hiſtoriam.
✥Thurini,Italiæ populi prope Sybarin vrbem.Plin.
Thurinus,a,um.a Thurio.Ouid.Thurinoſq́; ſinus.
Thuſcia,regio Italiæ quodā Vmbria appellata.Vulgo *Toſcana*.
✥Thuſcia,Tyrrena dicta fuit,a Tyrrheno Atys filio.
✥Thuſcia,alijs ſcribitur ſine aſpiratione.Vide Tuſcia
✥Thuſciam,a Tuſculo Herculis filio veteres Grāmatici dictam volunt:alij a ſacrificijs dictam putant.
Thuſci,vocati ſunt poſtea qui prius Tyrrheni.
Thuſci,populi dicuntur qui Thuſciam inhabitant. Cicero. (ſca æquora.
Thuſcus,a,um.poſſeſsiuū nomen a Thuſcia,vt Thu
Thuſcus,vicus Romę in quo Thuſci habitauerunt.
✥Thuſſagetæ,pop.ſunt.Pomp.Thuſſagetę Turcæque vaſtas ſolitudines occupant.
Thyamis,vicus eſt Semiramidis regionis Steph.
Thyamis,fluuius eſt qui Theſprotidem Ceſtrinamq́; diſterminat.Pli.lib.4.cap.1.
✥Thyamon, mons eſt in Thracia regione.
✥Thyas,adis.Bacchi ſacrificula.Sta.12.Thebaid.
Thyatira,ciuitas eſt Lydiæ Mæoniæ in Aſia pp. Pt.
Thyatira,vna.7.eccleſiarum,ad quas Io. Apoſt.ſcripſit Apocalypſim.
Thyatira,inſula eſt ante Aetoliam.Pli.li.4.ca.12.
Thyatirenſis,e.Hiero.Angelo Thyaterenſi, teſtimonium dat filius dei.
Thyatireni,dicuntur Thyatiram inhabitantes.Suet.
Thyatireni,pop.ſunt conuentus Pergameni.Plin.
Thyberis,ſiue Thybris,lege infra in dictiōe Tybris.
✥Thybris,viri proprium Aeneæ comitis.Verg.lib.10.
Thydonos,oppidū eſt Carię conuentus Alabandici.
Thyella,ciuitas eſt Oenotriæ.Steph.
Thyeſſos,ciuitas eſt Lydiæ,a Thyeſſo caupone.Ste.
✥Thyeſtes,filius Pelopis ex Hippodamia,Atrei frater & Tantali nepos.
✥Thyeſteus,a,um.Ouid. Neue Thyeſteis cumulemus viſcera menſis.
‡ Thya,Deucalionis filia,ex Ioue peperit Macedoniā quæ regioni nomen dedit.Steph.
✥Thyia,filia Cephiſi,a qua & vrbs eiuſdem nominis.
Thymatadæ,vicus Hippothoontidos tribus. Steph.
Thymbra,locus eſt Troiadis thymbra plenus. Ser.
Thymbræus,a,um.quod ad Thymbram pertinet.
✥Thymbręus Apollo, dicitur quia in eo loco eius & nemus & templū eſt,vbi a Paride Achilles occiſus.

‡Thymbrara, ciuitas Aſiæ à qua Thymbrarenſis & Thymbrarzi. Steph.
Thymbris, ſiue Thybris fluuius Romæ. Steph.
✠Thymbrius, fluuius apud Thymbram fluens. Steph.
✠Thymele, mulier quę prima ſaltationem in ſcæna docuit.
✠Thymelici, pen. cor. dicti ſunt ludij hiſtriones. Vitru.
Thymiateria, ciuitas eſt Libyæ. Steph.
Thymœtes, vates fuit filius Priami & Ariſbes. Seru. in 2. Aeneid. Verg.
Thyne, ciuitas Lybiæ. Steph.
✠Thynia, inſula eſt in fronte Bythiniæ. Stra. li. 12.
✠Thynus, a, um. Horat. Merce Thyna beatus. ſ. Bithyna. Acron.
Thynnias, inſula eſt inter oſtia Iſtri fluminis. Pomp.
Thynnias, opp. eſt Thraciæ. Plin. lib. 4. ca. 11.
Thynnias, fluuius eſt in eadem Thracia.
Thynneius, a, ū. Oui. Oſtēdit adhuc Thynnei' incola
Thyniacus, a, um. Propert. Grata domus nymphis humida Thynniacis.
Thynnus, ſiue Tynous, vrbs Aegypti. Hier. de viris (illuſtrib.
Thynos, opp. eſt Ciliciæ. Pli. li. 5. ca. 12.
✠Thynus, viri proprium, cuius meminit Orpheus in Argonauticis.
✠Thyoneus, Bacchi epithethon, quod ei adhuc inter humanos verſanti ſacrificaretur. Hora.
Thyræon, ciuitas eſt Arcadiæ. Steph.
Thyre, vel Thyrea, vt Thete vel Theta, locus eſt in Peloponenſo.
Thyre, opp. eſt Laconiæ regionis.
Thyrea, in Cynoſura eſt ad Argiui & Laconici agri confinia
Thyrea, inſula eſt adiacens Peloponneſo. Hero. li. 4.
Thyrides, inſulæ ſunt in ſinu Aſinęo. Pli li. 4. ca. 12.
✠Thyros, vbis in regno Neſtoris, teſte Homero.
Thyrſagetæ, pop. idē qui Thyſſagetæ & Thuſſagetæ.
✠Thyrſis, nomen eſt paſtoris apud Verg. in Bucolicis.
Thyſanuſa, ciuitas eſt in Caria regione. Pli. li. 5.
Thyſſagetæ, pop. ſeptentrionales iuxta Mæotidē. St.
Thyſus, opp. eſt iuxta montem Atho. Hero. li. 7.

T ANTE I.

Tiarantus, flu. eſt Scythiæ in Iſtrum defluens. Hero.
Tiariulia, opp. eſt in Hiſpania.
Tiaſum, opp. eſt in Dacia. Ptol.
Tibareni, pop. ſunt Scithici in Aſia. Hero. li. 4.
‡Tibeon, mons Phrygiæ, in Tribeo quodam. Steph.
Tiberias ciuitas eſt Palæſtinæ Iudææ.
Tiberias lacus, ponitur in eadem Iudæa. Ptol.
Tiberij forum, ciuitas eſt Heluetiorum in Gallia. Pto.
Tiberinates, pop. ſunt Vmbriæ in Italia. Pli. li. 3.
✠Tiberius, inter Cæſares notiſsimus Auguſti ſucceſſor.
✠Tiberius, grammaticus de Ideis orationibus ſcripſit. libros. 3. aliaque complura. Suid.
✠Tiberi', a, ū. Sta. Tibereia primū aula tibi vix dū, &c.
Tiberiopolis, ciuitas eſt Phrigiæ magnæ. Ptol.
Tibiſca, ciuitas eſt Myſiæ inferioris. Ptol.
Tibiſcum opp. eſt in Dacia. Ptol.
✠Tibiſcus, flu. eſt Daciæ. Ptol. Vulgo. *Tiſſa*.
Tibiſis, flu. eſt Scythiæ ex Aemis montibus in Iſtrum defluens. Hero. li. 4.
Tibulatij, pop. ſunt Sardiniæ inſulæ. Ptol. (cliuis.
✠Tibullus, poëta aliquantum ad amores & delicias pro-
Tiburi, pop. ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol.
